uisio. Duob⁹ modis aliquid fieri modo simplici exprimimus ¶ Primo in recto. vt homo fit musicus. ¶ Secundo in obliquo. vt ex immusico fit musicus. Nam cū aliquid fieri exprimimus nomine permanēris materie et forme: vt plurimum recto vtimur. vt homo fit musicus. Non tamen id semper oportet. Nā dicimus ex ere fit statua. et ex lignis fit domus. et non es fit statua: et ligna fiunt domus. Cum vero nomine non permanentis materie habitu: et priuatione: aut nominibus contrarijs trasmutationem exprimimus: obliquo vtimur. vt ex semine fit equus et ex immusico fit musicus et ex nigro fit albus. Et de modo exprimendi compositio ita dicendum est. et hoc vniuersaliter de trāsmutatione intelligimus. Nam natura communia prius determinānda sunt: deinde circa propria speculandum est. ¶ Prima 56
conclusio. In omni transmutatione aliquid subiicitur: quod vnū numero est ratiōe vero duo ¶ Prima pars patet. primo quia omne quod fit: aut fit simpliciter aut non simpliciter. (fit enī aliquid simpliciter: cum acquiritur substantia. Non simpliciter vero cum acquiritur accidens) sed cum aliquid fit simpliciter aliquid subiicitur. Nam forme que acquiritur subiecta est materia. Subiicitur enim vicissim formis contrarijs. Et etiam cum fit non simpliciter: aliquid subiicitur. Nā non erit accidens quod acquirit: sine subiecto. igitur omni trāsmutationi aliquid subiicitur. ¶ Secundo existimant omnia fieri transfiguratione: appositione: substractiōe: aut alteratione. Transfiguratione quidē vt cū ex fuso ere fit statua. Appositione vt cum quid augetur. Substractione vt cum quid diminuitur. aut cum ex lapide sculpatur Mercurius aut Apollo. Alteratione vt cum aliquid fit album. sed in oīb⁹ his subiicitur materia ex qua fiunt. vt ex transfiguratione statue: corpus augmētationi aut diminutioni: lapis insculptioni Mercurij: et subiectum suū alterationi. igit in omni transmutatione aliquid subiicitur. ¶ Secunda pars q trāsmutatio nis subiectum vnum sit numero: ratiōe vero duo patet

Si vero sit vnum numero superius dictum est alias nō fieret vnū. Sed q ratione duo patet: quia in omni trāsmutatione subiectum: forma (quā natum est habere) caret: et quā quidem facta transmutatione habet. est igit idem et subiectum et priuatio. Et alia est ratio subiecti et priuationis sicut alia est ratio hois et imusici. Nam factis transmutationibus quod subiicitur dicitur subiectū: nō aūt forme (cuius prius) dicitur amplius priuatio: et homo semp dicitur. homo nō autē immusicus. igitur quod subiicitur vnū numero est et ratione duo subiectum et priuatio. ¶ Secunda conclusio. Subiectum 57
et forma rerū naturaliū per se sunt principia. ¶ Patet quia illa per se rerum naturalium sūt principia: que intrinsece eas constituunt: et earum substantiam cōplent et perficiunt. quāliber autē rem naturalem subiectū et forma intrinsece constituunt: et eius substantiam complent et perficiunt. sunt igitur subiectum et forma rerū 58
naturaliū per se principia. ¶ Tertia conclusio. Priuatio et cōtrariorū alterū principia sūt p accidēs. ¶ Patet q: rei naturalis nō complent et perficiūt essentiā. nā facta re naturali: eius priuatio et cōtrariorū alterū non manent. igitur principia sunt per accidens. ¶ Correlarium 59
vnde fit vt rerū naturalium principia sint vt duo: sint vt tria, sint vt cōtraria. Nā duo sunt per se subiectū et forma: tria vero: subiecta natura et duo cōtraria. esse vero contraria prius ostensum est. ¶ Substantia: Sirerū naturalium sunt principia cōtraria: ea adinuicē non agere aut pati impossibile est. non poterit igitur consistere res naturalis. ¶ Respondet i re naturali illa cōtraria nō manere: sed vnū cū subiecto. Sufficit enī q trariorū alterū sua presentia et alterius absentia cū subiecta materia: rem constituere naturalē. ¶ Quarta. Materia se 40
cundam proportionem et Analogiam cognoscibilis est. ¶ Nam sicut esse habet ad statuam et lignum ad lectum q vnum quodq; talium formam habentiū: ita materia ad rem naturalē et hoc aliquid. ¶ Correlarium. 41
Unde materia vnū est: nōvt forma neq; vt hoc aliquid. Nam forma vnū est vt actus: hoc aliquid vnum est vt to

philosophꝰ primus metaphysicus.

tum. Materia vero vnū est vt subiectū. dicere autē quō modo materia et forma et hoc aliquid substantie sint: nō ꝑtinus Physici est manifestare ꝫ Philosophi ꝑmi

OCTAVI CAPITIS NOTE.

¶ Ratio quā subiungebant ad ꝓbādū nō esse multa entia. Nā si multa essent entia: ipsa inter se essent diuersa. et si essent inter se diuersa: essent diuersa ab entibus que autē sunt diuersa ab entibus: esse non possunt. igit̄ non sunt multa. ¶ Fit aliquid ex aliquo per se: quādo ipsū: factū cōstituēs in eo remanet. ¶ Per accidens vero/ cū non manet in facto. ¶ Priuatio scō. ¶ Per se non ens/ quod hoc aliquid non est/ aut ipsum constituē do remanens. ¶ Ens in potentia/ Potentia materia. ¶ Non ens simpliciter: quod nullo modo est ens

Tenet:

OCTAVVM cap. continet vnam conclusionem. ꝛ duas diuisiones ¶ Conclusio. Soluenda est ratio dicētiū nihil posse fieri neq; corrupi. ¶ Qui ita argumentabantur. Si fiat aliquid: Aut fiet ex ente: et hoc non. quia iam est. Esset enim ꝓmus fieret. aut ex non ente: hoc autem nō. Quia ex nichilo nichil fit. nō potest igit̄ aliquid fieri. Et hi statim credebant nō esse multa entia. et ex disputandi imperitia longe a veritate in quandam aliā viā digressi sunt. hec itaq; indissoluta ratio/ posset nos a veritatis ꝓceptiōe distrahere. ¶ Diuisio. Ex ente aut non ente potest itelligi dupliciter aliq̄d fieri. Primo per se. Secundo per accidēs. sicut dicimus medicū medicationis causā esse p se: ꝛ edificatiōis per accidēs. medicꝰ enī in eo q̄ medicus medicat/ per accidēs autē edificat: nā accidit medicum habere edificandi habitū. Nos itaq; dicimꝰ ex ente hoc aliquid per se nō fieri aliq̄d: (aliter redit opinio Anaxagore) sed per accidēs. vt ex quodā animali per se non fit canis/ aut aliud: sed per accidēs. Ita ex nō ente/ vt priuatiōe (q̄ nō est ens per se) non fit per se aliq̄d: sed per accidens. ¶ Secunda diuisio. ens dicit̄ multi-

42

Duplicitᵉr quippiā fit ex altero.

43

Ens multiplicitᵉr fumitur.

44

pliciter. Primo ens in actu. Secundo/ ens in potētia. Quomodo Ex ente i actu/ per se nō fit aliq̄d: sed ex ente in potētia ex ente aut p se bñ fit aliq̄d. Similiē nō ens dicit̄ multiplicit̄. Pri nō ente fit aliquid/ nō ens in actu. Scō/ nō ens i potētia. Ex nō ente quid. in actu/ p se bñ fit aliq̄d: nā ex materia p se fit aliq̄d. Ex nō ente autē in potentia p accidens. nā ex cōpositō. Ex nō ente tamē simpliciter nihil fit: neq; p se neq; p accidens. Ex his distinctionib⁹ (ob quā coacti sunt gñatiōnē et corruptionē negare) omnē soluimꝰ ambiguitatē.

NONI CAPITIS NOTE.

¶ Potentia/ materia. ¶ Diuersa/ multa. ¶ Substātia/ res naturalis. ¶ Appetere/ ad absens inclinari instinctu/ ordinari. ¶ Desideriū/ appetitꝰ/ inclinatio/ īstinctus. ¶ Generari/ vt terminꝰ. ¶ Corrūpi/ vt terminus

Tenet:

NONVM cap. continet quinq; conclusiones. ¶ Prima conclusio.

43 Non recte defendunt aliqui: aliquid fieri simpliciter: Parmenidem approbantes: ¶ Nam cū ipsi approbāt illud Parmenidis: ꝺequid est preter ens/ nihil est. et ens completum intelligant (Nā aliud ens non cognoscunt) et credant quod non sit hoc modo ens/ nihil omnino esset ex quo quidē ente nihil credunt simpliciter fieri. Restat igitur vt dicant ex omnino nō ente aliquid fieri: et materiam ponāt omnino nō esse ens. Ꝺd autem recte defendi non potest. ¶ Scō a. Non ité recte existimāt/ si potētia vna est numero: omnino nō esse diuersa ¶ Nā ꝺrimꝰ ꝺem esse numero potentiā et priuationē illa tamen late iter se differre. Nam potentia/ rei naturalis principium est per se: priuatio vero per accidēs. Est enim materia vt p ꝓuatiōis dif se ens/ et prope substantiam: priuatio vero non. Nā referentiam. naturali sua potētia semp adest: eius vero priuatio nūq; adest ¶ Tertia. non est nostre trinitati eadē Platonis principiorū trinitas. ¶ Nā Plato magnū/ puū/ ꝛ ideā tria posuit rerū naturaliū principia: et magnū et parvum nota materie ponebat: et nō priuationis. Q̄ si eādem materiam itelligebat: erat solū nominū trinitas:

sin vero diuersas: trinitatem sine priuatione ponebat. Priuationē enī desperit q̄ despicienda nō ē. Nā tametsi res naturales ex sua materia sicut ex omnium matre suaq̄ forma subsistat: priuatio tamēvt ad maleficium plerūq̄ contēplantibus occurrit. Nam ab ea ꝓficiscuntur rerū interitus. ¶ Quarta. materia rerū formas appetit. ¶ Patet. nā est bonum quoddā diuinū. optimū. sūme appetibile. sūma abstracta forma: a qua oēs rerū forme ꝓficiscuntur. huic autē diuino bono optimo vnaqueq̄ res ꝗtū potest: ꝗsimillima fieri natura appetit. t et ad hoc sūma illa prouidentia naturale īdidit desideriū. At materia formas a bono optimo oīm absoluta forma manātes recipiendo ei ꝗtū conceditur: bono optimo fit ꝗsimillima. appetit igit materia rerū formas. Appetit enī materia rerū formas vt femina esse virū: et turpe honestū. nō q̄dē q: per se turpis sit sed p accidēs et perfectiōis carentiam. Et forma seipsam nō appetit: quia nihil seipso eget. Neq̄ formā cōtrariā appetit: q: nihil suapte sius appetit corruptionē. ea vero a suo ꝛtrario corrūpitur. neq̄ materiam: q: priusq̄ sit in materia nō est. ¶ Quinta. materia p se neq̄ generat neq̄ corrumpitur. generatur autē et corrūpitur per accidens. ¶ Primū patet. quia quodcūq̄ per se gnatur aut corrumpitur: ei subiici aliquid oportet. qđ aūt ei subiicit materia est. Vocam⁹ enī materiā subiectū vnicuiq̄ primū ex q̄ fit aliquid cū insit nō scōm accīs: qđ si corrūpatur īhoc abibit vltimū. Igit si p se generaret esset anteq̄ generaret: t si corrūperet corrupta erit anteq̄ corrumpatur. est igit per se ingenita atq̄ incorruptibilis ¶ Scōm q̄ per accidēs: patet. q: vicitur generari aut corrūpi ad corruptionē eius quod i ea est. hoc autē est per alterum t per accidēs. igitur. ¶ Quot vero forme multiplices sint: an vna sit a qua forme prodeunt oēs: primi philosophi est. et i illud tēp⁹ id querēdū differatur. De formis aūt physicis et corruptibilib⁹ in his libris intendim⁹: et primū quot nature. t que et quot numero rerū cause. determinandum est. Et in hoc claditur primus physicorum liber.

Ex priuatione. rerū corruptionē. p̄ uenire.

Omnia ad summi boni assimliatiōnē cōtēdere.

Diffinitio materie.

48

49

PRIMI CAPITIS secundi Physicorum note.

¶ Ens habēs naturā. ens naturale. ¶ Secūdū se: q̄ eō uenire nata sunt. ¶ Accidunt. accidentia sunt. ¶ Propter. per. ¶ Priuatio. priuatio secundo.

SECVNDVS liber physicorū cōtinet nouem cap. primum continet vnam diuisionem. vnam differentiā. tres diffinitiones. tres conclusiones. quattuor rationes ad tertiā. ¶ Diuisio. Eorum que sunt. quedam sunt a natura. quedam vero per alias causas. A natura sunt elementa ignis. aer. aqua. terra. animalia. alalium partes. plante. t similia. Per alias causas domus. lectus. indumentū per artem. thesauri inuētio per fortunā. ¶ Differentia. Differūt ea q̄ sunt a natura ab alīs: quia ea q̄ sunt a natura habēt a sua forma principium sui motus t quietis. augmētationis. diminutionis. alterationis. et secūdum locū mutationis. Ea vero que sunt per alias causas. vt per artē domus. lectus. indumentū a forma artis nō habent principiū sui mot⁹ et quietis: sed secundum q̄ ipsa lapidea. lignea. aut terrea fūt. ¶ Prima diffinitio. Ex his nature diffinitio nota esse potest q̄ est. Natura est principiū et causa mouendi et quiescēdi eius in quo est: primū. per se: et nō scōm accidens. Non secundū accidēs dico. Nā medicus eger in se habet sue sanationis principiū medicinā: non tamen est natura. Nā non est in eo primū. et per se: sed scōm accidēs est. et accidit ipsum esse medicū et sanari. Similiter domus. lectus. et alia arte facta: artificiales formas in se habēt. que nō sunt cause que primū t per se insint sed secundū accidēs. quapropter hec dici nequeūt nature.

¶ Secūda. Ens habēs naturā est substātia ex naturis constans. Est enim naturarum vna semper subiectum: alterā vero semper in subiecto est. ¶ Tertia. Secundū Scōm naturā sunt hec et que secundū se his accidūt. vt ignis ram. mot⁹ sursum: neq̄ natura est neq̄ naturā habēs. sed se-

1

2

3

4

5

forme diffini tio.

cludū natura est. Sedm naturā/ꝛ a natura idē. ¶ Prima conclusio. Ridiculū est conari demōstrare naturā esse

Natura esse in physica supponēdū esse/ et principium.

¶ Patet. qz ridiculū est conari/manifesta per imanifesta nota facere: et nō potētis iudicare quid ꝓpter se notum: et quid ꝓpter alterū notū esse debeat. q̄ autē conabitur demōstrare naturā esse/hec ei accidēt. Mā qui ea que p se manifesta sunt nō intelligit/ syllogismū q̄rēs: accidēt ei q̄ ceco nato de colorib⁹ syllogisanti accidūt: voces ipsas audire/ꝛ nichil de rebus ipsis intelligere. Non igit demōstrandū est naturā esse: sed vt p se notū capiendū est. ¶ Sēda cōclusio. Prima vniuersaliz subiecta materia habētiū in seipsis mot⁹ p̄ncipiū: natura ē. 7

¶ Patet nā antiqui solū id credebāt eē naturā/ qđ facta trāsmutatione et facta corruptione semp manet. vt Antyphō quia putrescēte lecto (sivim germinādi accepisset) remanebat lignū ꝛ nō remanebat lectus: ideo lignū dicebat naturā lecti/ ꝛ nō eius formā. Et q̄ credidērūt oīm materiā esse ignē qui factis inesset: ꝛ q̄ idē corruptis remaneret/solū ignē vocabāt naturā. Et q̄ aerē: aerē. Et qui aquā: aquā. Et qui terrā: terram. Et q̄ plures posuerūt materias: plures posuerūt naturas. Et eā solā credebāt perpetuā: et ortus ꝛ interit⁹ immunē. Cetera autē vocabāt qualitates habit⁹/ dispositiōes passiones: quas credebāt infinities fieri et infinities corrupi. Sed quod vere/ facta transmutatione ꝛ facta corruptione semp manet: est p̄ma vniuersaliz subiecta materia habētiū in seipsis mot⁹ principiū. igit ipsa est natura.

¶ Tertia cōclusio. Forma rerū naturaliū/ etiā natura est. ¶ Primo quia sicut se habet forma artis ad artificiale: ita ꝛ ipsa forma ens a natura. Sicut enī lignū priusq̄ artis forma recipiat/ nō lect⁹ actu est: sed sola potentia: habita vero forma/ actu simul lect⁹ est ꝛ res artificialis. ita priusq̄ materia formā ossis aut carnis accipiat nō actu est os aut caro sed solū potentia: sed simul atq̄ forma ossis aut carnis est: ipm os aut caro est. At a forma artis res denominat artificialis. igit et a sua forma denominabit ens a natura. est igitur ipsa forma natura. ¶ Secūdo quod ex materia et forma existit. vt 8

elementū/ animal/ planta/ non natura: sed a natura esse Rem natura dicitur: sed magis a forma q̄ materia esse videtur. Mā lem a forma simul cum forma/ꝛ est et suū nomē recipit neqz prius. potissimū ex Tunc enim sunt singula et dicūtur cum actu ipso sunt. istere. Est igitur forma illi⁹ (cuius est) natura. ¶ Tertio. Antiphon dicebat lignū esse naturam q̄ putrescens regerminaret lignum: ꝛ non formā artis esse naturam/ q̄ nō regerminaret lectum. Sed lignū potius a forma regerminat lignū q̄ a materia. vt homo a forma generat hominem/ et bos bouē. igitur forma est natura: imo ꝛ magis ipsa materia. ¶ Quarto formam artis nō ponim⁹ naturam: quia non sit principium motus ꝛ quietis. At eorum que sunt a natura: forma est principium motus ꝛ quietis/ generationis/ corruptionis/ et reliquarū mutationū. Et vnaqueqz res q̄ fit/ nomē sumit potius ab eo quo pergit: et non ab eo vnde venit. vt a fabro dicit fieri scāmum/ non lignū. ꝛ cum aqua vertitur in aerem/ dicitur fieri aer nō aqua. ꝛ denoīatur ens a natura/ non sicut medicatio a medico: sed sicut sanatio: q̄ est ad sanitatem. Est igit forma eius (cuius est) natura: ꝛ poti⁹ natura ipsa materia. Et quia forma dicit quodāmodo et de forma principio p se: et de eius priuatione. (Mā eius priuatio ꝛ cōtrariū quodāmodo species est) ideo natura etiā quodāmodo dicitur de priuatione. Sed quomodo circa generationē erit forma/ ꝛ eius contraria priuatio: postea determinandum est. A forma precipuam vim agendi pengis ipsa materia. dere. Forma artis natura nō ē.

SECVNDI CAPITIS NOTE.

¶ Mathematicus/ q̄ quadriuiū consecut⁹ est. ¶ Quadriuium/ Musica/ Arithmetica/ Geometria/ Astronomia. ¶ Lōgitudines: plana/ solida/ linee/ supficies/ corpora. ¶ Magnitudines figuras et similia: cogitatione et intellectu a re naturali/ materia et motu abstrahere: ē ea/ rē naturalē materiā et motū nō cōsiderādo cōsidera re: curāqz an rei sint naturalis: an sint in subiecta materia: An cū motu sint nec ne relinq̄re. ¶ Poeta/ Homerus. ¶ Abstrahere/ abstrūgere/ separare. Architectonica/ ars principalis. ¶ Gubernator/ auriga.

SECVNDVM caput cõtinet duas cõueniẽtias. tres differẽtias. vnã questionẽ. vnã cõclusionẽ. et quinq rationes ad illã. ¶ Que cõuentientie. ¶ Primo cõueniũt Physicus et Mathematicus q̃ vterq; puncta longitudines plana t̃ solida cõsiderãt. ¶ Secundo conueniunt Physicus et Mathematicus vt Astrologus: qui p̃opius ad Physicã accedere videtur: quia Astrologus de ijs que mouẽtur cõsiderat: de magnitudine et figura. vt q̃ terra/ celum sol/ mundus sperica sint: que considerat et Physicus. ¶ Tres differentie. differunt primo quia Physicus et Mathematicus/ hec eodẽ modo nõ considerant Nã Physicus magnitudines t̃ figuras considerat. vt termini sunt rei naturalis/ et coniuncta materie: t̃ intentio eius est omnia ad motum referre: Mathematicus autem ea a re naturali/ materia t̃ motu/ cogitatione t̃ intellectu abstrahit Neq; idcirco arbitrandũ est abstrahentiũ esse mendacium. Nam huius magnitudines et figure et cetera accidẽtia/ a materia t̃ subiecta substãtia reipla separari nõ possint: cogitatione tamẽ et intellectu possunt. et hec laetuerunt Platonẽ ideas introducentẽ: quas non modo cogitatione et intellectu sed re ipsa a materia seiungebat faciebat enĩ Physicã magis Mathematicalabstractam/ cũ eaminus abstracta sit. ¶ Secũdo. quia Physicus t̃ Mathematicus nõ eodem modo diffiniunt. Nã Physicus diffinit sumendo nola/ materiã formã t̃ motum importãtia. vt os quod materiã et formã ossis habeat: et caro t̃ homo. t̃ vt diffinitur simitas/ cũ dicit est nasi cauitas. Nã nasi/ eius materiã: cauitas vo/ eius formã explicat. Sed Mathematicus cũ diffinit par ipar/ lineã/ figuram/ curuũ/ rectum/ et reliq̃ huiusmodi (q̃ cõsiderat) non sumit nola materiam et motũ importãtia: Abstrahit enĩ ab ijs cogitatiõe t̃ intellectu. ¶ Tertio quia Physicus et mathematicus vt Musicus Perspectiuus t̃ Astrologus (q̃ ppius ad Physicã accedere videnĩ) nõ eodẽ modo demõstrant. q̃ Musicus/ Perspectiuus/ et Astronomus demõstrationes ab Arithmetica

Quõ abstrahit mathematicus.

q̃ differenter diffiniunt physicus et mathematicus.

et Geometria accipiunt: Physicus vero non: sed a materia motu et ijs q̃ rem naturalem cõsequũtur nõ tamẽ oĩno eodẽ modo Musica Perspectiua et Astronomia: vt Arithmetica t̃ Geometria demonstrant. Nam Geometria de linea: vt mathematica est demõstrat. Perspectiua vero de linea Mathematica nõ vt Mathematica (nam cogitatione atq; intellectu a motu eã non separat: sed vt Physica (mutuat enim a Physica motũ) ex Geometria demonstrat. ¶ Questio. qm̃ cõsideratio Physica est vt de simo: et natura de duobus dicatur vt de materia et de forma An vtriusq; sit Physica cõsideratio? ¶ Conclusio. vtriusq; nature et materie et forme est Physica cõsideratio. ¶ Prima ratio. Si ad antiquos respicias/ vt Democritum et Empedoclẽ/ inuenies eos de materia amplissimã fecisse determinationem: hic de quattuor elementis: ille vero de Atomis et de forma in parte determinasse. vt Democritus de figuris et Empedocles de lite et amicitia. ¶ Secũda ars nature imitatrix est t̃ emula. Ars autẽ materiam et formã ad aliquẽ finem considerat. vt Medicus coleram/ et flegma et ceteros humores in quorũ tontemperamento et suarum qualitatum proportione cõsistit: sanitas. Et edificator ligna/ t̃ lateres (que sunt materia domus) t̃ domus formam considerat. Igitur est physici vtramq; naturam considerare. ¶ Tertia. eiusdem scientie est finem t̃ media in finem ordinata considerare. Forma autem materie finis est. Nam cum continue mota sit: forma (vt id gratia cuius mouebatur) assecuta/ quiescit: t̃ formã (vt dictum est) est maxime natura. igitur cuius est considerare formam/ eiusdem est et considerare materiam. Est enim forma vltimum quoddã/ et id gratia cuius est materia/ et verisimile Poeta mortem (quia vltimum sit) finem et gratia cuius orti sumus appellat/ volens nõ omne vltimũ esse finem: sed vltimũ t̃ prestantius. ¶ Quarta. artium factiuarum quedam suam materiam simpliciter facit. vt ars laterum factiua: Alia disponit vt que volando aut partes distrahendo formam inducit: Alia rebus factis vtitur (nos enim quodãmodo sumus om-

Forma materie finis.

Artium mechanicarum diuersitas.

nium finis) (sed finis vt in morali philosophia dictū est duplex est) que ideo vsualis ⁊ architectonica nominat. Et hec est cognoscitiua ⁊ alijs preceptiua. cognoscit enī gubernator qualis forme remo eē debeat/ et ꝑcipit alij qui formā remonis habet iducere. vt q̄ (quo ligno ⁊ q̄li remo formādus sit) cognoscit. igit̄ ℙhysicus materiā et formam habet considerare. vt enī factiue ad operandum se habent: ita speculatiue ad cognoscendū se habere videtur. ¶Quinta. materia ad aliquid refertur/ad formam: est enim forme materia. igitur eiusdem est materiam ⁊ formam cōsiderare. Qui enim eorum que adinuicem referuntur vnum considerat: et alterū considerabit. ¶Et si queratur vsquequo ℙhysicus rerū formas considerat? Vsquequo materie cōiuncte generāt/ corrumpunt/augmentant minuunt. Ex materia enim homo et sol hominē generat/ que vero separate ⁊ a materia sētēcte forme sunt/non ℙhysici: sed ℙhilosophie prime considerario est.

Quas formas cōsideret physicus ℙhilosophia prima: methaphyſica.

TERTII CAPITIS NOTE.

¶Modi causarū/genera causarū ¶Ultima causa est/ qua habita nulla vlterior relinquit̄ querenda. ¶Universales cause sunt/ quas vniuersalibus nominibus exprimimus. ¶Particulares/ q̄s particularib⁹. ¶Ita et vniuersales effect⁹/quos vniuersalibus nominib⁹ exprimimus. ⁊ particulares/ quos particularibus. ¶Ratio/diffinitio.

TERTIVM cap. continet quinq̄ conclusiones. q̄ttuor modos causarum post primā: tres diuisiones post quintam. vnam differentiā et duo documēta. ¶Prima cōclusio. determinādū est de causis. ¶Nā hec disciplina scieadi gratia instituta est Scire aut̄ maxime arbitramur vnūquodq̄ cū causam primā ꝓpter quā res est/ cognoscim⁹. determinādę sunt igit̄ cause rerū naturaliū/ gn̄ationis corruptiōis ⁊ ceterarum physicarū mutationum: vt eas cognoscamus.

Quid materia.

¶Quattuor modi causarū. ℙrimo modo/causa est ex 14

qua fit aliq̄d cū instt. et materia dicit: vt es/materia est statue: ⁊ ārgētū/materia fialē: ⁊ merallū ⁊ eorū genera

Quid forma

¶Scōo. causa est forma aut rō (vt dyapasō est/q̄ ex dupla ꝓportiōe/vt duoꝝ ad vnū: nascit ḡcētꝰ) rōnis partes et genera. ¶Tertio. est a qua aliq̄d fit: et dicit efficiens. vt principiū a quo morꝰ et q̄etis/et q̄ dat ꝑsiliū/⁊ parter filij/facies facti/⁊ cōmutās ꝑmutatiue cause sūt ef ficientes.

Quid efficiens.

¶Quarto. est gratia cuiꝰ aliq̄d fit: et dicit finis. vt ambulatiōis finis est sanitas. Cū enī q̄rimꝰ/gratia cuiꝰ quis ambulat? Respōdemꝰ/vt sanet: arbitrantes ambulatiōis finē reddere. Est enī sanitas finis/non modo ambulatiōis: sed ⁊ maciei/purgatiōis/et potionis hīs indigētibꝰ (q̄ media ordinata in finē dicunt) et oīm instrumētorū/q̄ instaurande sanitatis gratia sunt.

Quid finis.

15 ¶Scōa cōclusio. Uniꝰ eiusdēq̄ plures causas per se eē contingit. ¶Nā eree statue/es causa est p̄ se pariter et plures causa statuefactoris. nō tamē eodē modo. Nā es/p se causa est sas per se vt materia: statue vero factor/ p se causa est vt efficiens

Eiusdem esse

16 ¶Tertia. possūt et cause sibimuicē eē cause ¶Nā ambulatio/causa est sanitatis: et sanitas/causa ambulationis. nō tamē eodē mō. Nā ambulatio/sanitat̄ causa est vt efficiens: sanitas vero/ambulationis vt finis. Efficit enī ābulatio sanitatē: et sanitat̄ gratia/ipa plerūq̄ ambulatio est.

17 ¶Quarta. Interdum eadē causa/cōtrariorum est effectuum. ¶Nam idem aliquādo ꝓsens causa est vnius/absens vero: alteri⁹. Gubernator enim/sua ꝓsentia causa est salutis nauis: qui idem absens/causa est periclitationis.

Cōtrariorū effectuū itersdū eandē eē causam

18 ¶Quinta. omnes cause/in dictos quattuor concidūt modos. ¶Hec i singulis scientiis videre ꝓmptū est. Littere enim dictionum/dictiones orationum/suppositiones argumentationum materia vasorum partes totius: elementa ignis aer/aqua/terra mixtorum: sub materia comprehenduntur. Compositio/diffinitio/forma: sub forma. Medicale/semen/medicus/consilium vans/faciens/et commutans/sub efficiente. Bonū/aut quod videtur bonum (nichil enī hic differt esse bonū et videri bonū) sub fine. Manifestū est igit̄ omnes causas in dictos q̄ttuor coincidere modos.

Quattuor causarū genera sufficere.

¶ Prima diuisio. Causarū quedā est ppinquior: et que 19
dā remotior. vt sanitatis causa ppinquior est Medic⁹:
remotior/ artifex. Et dyapason causa ppinquior/ duplū
remotior/ numerus ¶ Secūda. causarū quedā est per se: 20
et quedā per accidēs. Statue enī causa per se est statue
factor: per accidēs vero/ Polyclet⁹/ homo/ aīal/ album/
muscū. Accidit enī polycletū/ et hoīem et aīal et albū
et muscū: habitū habere quo efficiat statuā. Et earum
causarū quedā est ppinquior: et quedā remotior. ¶ Ter- 21
tia. causarū quedā sūt actuales vero potentia. vt edifi-
cans edificationis causa est actu: edificator vero/ causa
potētia. ¶ Et has causas qñq; cōplexe et qñq; incōple-
xe exprimim⁹. cōplexe: vt polyclet⁹ statue factor/ statue
causa est. Incōplexe: vt polyclet⁹ est causa statue. ¶ Et
dicta causarū mēbra deseinuicē formant. vt an causa
particularis aut vniuersalis per se sit/ an per accidens/
actu an potētia/ cōplexe an incōplexe expressa. ¶ Diffe- 22
rentia. Differunt cause actu et potentia. Nā cause actu
simul sunt cū suis effectibus: et simul cū illis eē desinūt.
vt hic medicās est: si eius medicatio est. et hic edificans
est: si eius edificatio est. Cum autē non amplius fuerit
eius medicatio: neq; hic medicās est. et cū nō fuerit edi
ficatio: neq; hic edificās. Cause vero potentia: nō simul
cum effectibus sunt/ neq; cū ipsis esse desinūt. vt edifica
torē non simul cū domo esse oportet/ neq; (desinente do
mo) desinere. ¶ Primū documētū. Querēda est in sin- 23
gul' causarū gnib⁹ vltima causa. vt cur hic edificat? q:
edificator est. cur edificator? q: edificādi habitū habet
Hec autē vltima causa ē vltra quā nulla vlterior: superest
querēda. ¶ Secūm. Assignāde sūt vniuersaliū effectuū 24
vniuersales cause: et ptculariū/ ptculares: et actualiū
actuales: et potētialiū/ potētiales. vt statue assignāda ē
causa/ statuefactor. et hui⁹ statue/ hic statuefactor: et sta
tuefactiōis/ statuā facies: et statue ptīc/ statuefactor.

Que habitudo causarū actu ad suos effectus

Que habitudo causarum potentia ad suos effect⁹.

Quid vltima causa

QVARTI CAPITIS NOTE.

¶ Causa indeterminata/ est causa que in aliquē effectū non ordinatur.

QVARTVM cap. cōtinet vnā conclu- 25
sionē. tres opiniōes cū
solutionib⁹ duarū rationū prime/ et impro
batione secunde. ¶ Conclusio. casus et for- Conclu:
tune/ physica determinatio est ¶ Mā casus
et fortuna cause sūt/ a qb⁹ multa fieri dicunt. Causarū
aut̄ taliū/ physica determinatio est. igit̄ et casus et for-
tune. ¶ Prima opinio est dicentiū nichil fieri a casu et 26
fortuna. ¶ Primo: q: oīm effectuū/ videmus causam
determinatā esse. vt si quis it in forū/ et inuenit debito-
rem/ quē inuenire nō intēdebat: ipsius rei causa deter-
minata/ est debitoris venīdi ad forum voluntas: pari
ter et repertoris/ in forū veniendi voluntas. nō igit̄ fit
aliquid a casu/ aut fortuna. Nam casus et fortuna cause
essent indeterminate. ¶ Secundo. Antiqui/ rerū natu-
raliū causas perquirentes: casus et fortune oīno nō mer-
minerunt. nichil igitur sunt casus et fortuna. Unde ni-
chil a casu et fortuna fieri continget. ¶ Solutio. Mul
ta fiunt a casu et fortuna. et licet illas causas in effectus
determinatos referre possimus. vt volūtas eūdi in fo-
rū/ causa determinata est emēdi aut negociandi: nō ta-
men causa est determinata inuentionis reperti. Qui au-
tem antiqui casus et fortune non meminerint/ hoc non
arguit auctoritatē: verū eo⁹ potius insufficientē deter-
minationē. quod et falsum est. Nam et si Empedocles
casum et fortunā nō ponat esse litē/ amicitiā/ ignem ae-
rē/ aquā/ terrā: dicit tamen in mūdi origine ignem/ ae-
rē/ aquam/ terram in loca (in quibus sunt) casu incidis
se/ et aliter sepius cadere: et multas aīaliū partes a casu
et fortuna fieri. ¶ Secunda opinio est dicentiū omnia 27
a casu et fortuna fieri/ et fortunā volvere celū: et eo mo-
tu omniū rerū trahere ordinem. ¶ Sed hec inconueni
enter dicunt. ¶ Primo: q: videm⁹ aīalia et plantas a
determinata causa pcedere. vt hominē ex homine/ et ex
semine oliue: oliuā/ et vnāquāq; reliquarū plantarum
ex suo determinato semine: et nō esse a fortuna. minus
igitur erit et celum/ et eius motus/ et diuiniora illa su-
periora corpa (q̄ sēper eodē tenore cōstantissime perse-

Primo ratiōnis solutio

Secūde rōnis solutio

Quia a casu et fortuna fieri dicentiū reprobatio.

Fortunā ic-
ta ne-
candā esse.

uerant a fortuna. ¶ Secundo: quia in inferioribꝰ plerꝙ minime lo- raqꝫ a fortuna fieri cōplorantꝰ: in celo vero nūꝫ quicꝫ aut casu aut fortuna fieri ꝓspicimꝰ: sed certo tenore immutabili ordine constātissime omnia illic pseuerare videnꝫ. male igiꝫ fortune sedē/ celū posuerūt: cum plura deberent percipi in celo fieri a fortuna/ q̄ fiant in his inferioribus. at potius fortunā/ in inferioribus locare debuissent. ¶ Tertia opinio est dicētiū fortunā esse quid diuinū/ et felicissimū supra humanā mentē: et cuius humanus intellectus non sit capax: quā plurimi mortalium vt numen coluerunt. ¶ Hanc opinionē hoc in loco non reprobat Aristoteles. 28

QVINTI CAPITIS NOTE

¶ Ea que fiunt a casu/ aut a fortuna: effectus casuales/ aut fortuiti. ¶ Offendit/ inuenit. ¶ Infinita/ numero indeterminata. ¶ Sicut boni cōsecutio: ita et mali fuga bona dicꝫ. ⁊ sicut incōmodi assecutio: mala ita boni habiti perditio/ aut quasi ad manū ꝓsentis frustratio/ mala.

T. Diuisio

QVINTVM cap. cōtinet quinqꝫ diuisiones. duas diffinitiones et tres conclusiones post quartā. vnū corrolarium ad secūdam diffinitionē. vnū ad pmā cōclusionē. et vnum ad secundā ¶ Prima diuisio. Eorū que fiunt/ quedā semper consimiliter fiūt/ alia frequenter/ Alia vero raroque neqꝫ sēper neqꝫ frequenter fiūt. In ijs q̄ sēp cōsimiliter fiūt/ nullꝰ fortunā locat: Neqꝫ in ijs q̄ frequēter. Aiūt enī q̄ a fortuna euenīūt/ raro cōtingere eē oīa. Et hinc (q̄ raro euenīāt) oīa dicere solēt a fortuna. et ipsi/ vt et nos fortunā eē aliq̄d (a quo pleraqꝫ fieri cognoscimus) supponunt. ¶ Scōa diuisio: eorū q̄ fiunt/ quedā fiunt ꝓpter hoc/ alia vero nō. Hec enī sunt propter hoc quecunqꝫ a natura/ intellectu aut voluntate facta/ vt prosequanꝫ/ fugiantue digna sunt. ¶ Tertia: eorū q̄ fiunt: q̄dā fiūt ab agente scōm p- positū/ quedā vero nō. ¶ Quarta: causarū q̄dā ē p se: vt dom⁹ causa p se/ ars edificatiua. Alia vero per accidēs: 29

II

Que dicunꝫ fieri ꝓpter hoc

III

30

31

IIII

32

vt albū ⁊ Musicū. Et causam p accidēs oportet esse fortunam. Nā causa per se finita et determinata est: p- accidens vero/ incerta ⁊ indeterminata. Fortuna autē causa est incerta et indeterminata. et vni infinita accidere possunt. ¶ Prima diffinitio/ hec sunt a casu aut fortuna que raro et per accidens fiunt ⁊ que ꝓpter hoc sunt aut fortuna Et quando a casu/ ⁊ quando a fortuna: horū differētia fiant. 33 Que a casu

poslea determinabitur. vt venit quis in villam/ nō quidem vt debitorem inueniat: debitorem offendit: debitā pecuniam reportat: reportatio huiusmodi pecunie a casu aut fortuna fit. Nam taliter raro euenit ⁊ p accidēs. nō enī reportandi gratia in villā erat: ⁊ est eorū q̄ propter hoc sunt. Si enī frequēter eueret hmōi reportatio: aut reportandi intentione locū adijsset: hec neqꝫ a casu neqꝫ a fortuna facta fuisset. Secunda diffinitio. Fortuna est causa per accidens secundum propositum / extra 34 Fortune diffinitio.

semp et frequenter/ et eorū que propter hoc sūt. ¶ Corrolarium quapropter circa idem ⁊ intellectus et fortuna sunt. Nam propositum sine intellectu non est ¶ Prima cōclusio. Infinite cause esse possunt a quibus (quod fit a fortuna) fiat. ¶ Nam infinita sunt que ad idem accidere possūt. Pecunie enī reportatio accidere potest: aut quia quis amici videndi gratia aliquē locum adeat/ aut quia prosequatur fugientem/ aut fugiat ꝓsequētem aut quia spectacula videre desideratiet sic de innumeris aliis. ¶ Corrolarium. vnde merito fortuna infiniti esse videtur: et homini immanifesta. Nam infinitis et causis accidere potest: que ad rei (que a fortuna fit) non ordinātur exitum. ¶ Secunda conclusio. quodāmodo rectevidetur nihil a fortuna fieri: et quodāmodo a fortuna aliquid fieri etiam rectevidetur. ¶ Nam per se nihil fit a fortuna. Si enim solum essent cause per se (vt domificatoꝛ per se causa est domꝰ) nihil fieret a fortuna. At vero per accidens recte videtur aliquid a fortuna fieri. causas autem per accidens dictum est numero esse infinitas. ¶ Corrolariū q̄propter quodāmodo recte dici videꝫ fortunam carere ratione. Nā ratio solum eorum est que semp aut frequenter fiunt. fortuna 35 Fortune vlsna est causa per accidens secundum propositum extra finitio.

36 I Conclusio.

Eundē effectū ex multis causis fortuitis fieri posse.

37

II Corrolario

Per se nihil fortuna fit

38

59

autē nō eorū est: sed que raro. ¶ Tertia cōclusio. fortu 40
narū altera causa est per accides ꝓpinquior: altera ve
ro remotior. ¶ Nā sicut aliarū causarū efficientiū/ alia
est ꝓpinquior vt Polycletus statue: et alia remotior
vt homo. ita et fortunarū esse videtur. sunt enī efficien-
tes cause: vt cum egroto sanitatis cause sint tonsio/ ven
tus/ et estus et nihil horū sanitatis gratia suscipit: ꝓ
pinquior causa estus: et deinde ventus: et remotior est tō
sio. Quia tamē infinite hmōi per accidēs cause esse pos
sunt: si assignāde sunt que ꝓpinquiores/ et que remotio
res statuēde aliquot et figende sunt: alioquin que prio-
res: et que remotiores assignare non possis. ¶ Quinta 41
diuisio. Fortunarū q̄dam est bona/ qua bonū aliq̄d cō
tingit. Alia vero mala qua aliquod contingit incōmo-
dum. Que quidem fortuna: si circa bona excellentē ma
gnitudinem habentia cōtigerit: eufortuniū et fons for-
tuna dicit. Si vero circa excellētia mala/ difortunium.
vt si quis debuisset magnū bonum accipere: vt et quod
ad manus erat quod non accipit sed quo frustrat male
ei contingit: acsi bonū tam habitum q̄diuisset. Nam id
quod ꝓpe est/ nihil/ distare videtur. Unde eufortuniū
et difortuniū/ inconstāo/ et incertum est. Nā ois fortu-
na/ inconstans et incerta. vt que nunq̄ semp et frequē
ter: sed que raro et inopinate contingit.

Quid bona fortuna.
Quid mala

SEXTI CAPITIS NOTE

¶ Actio hois secūdum electionem operatio. ¶ Actio
ꝓpria. ¶ Eupraxia/ bona hois scōm electionē opatio
¶ Tripes/ trium pedum sedes. ꝓprior/ principalior/
ad suos effectꝰ pfectior. ¶ Frustra/ incassum/ in vanū/
temere. ¶ Casus per se vanum.

SEXTVM cap. cōtinet quinq̄ cōclusio
nes. duas rationes. vnum
corrolarium ad secūdam. duas ratiōes ad
tertiā. et vnū corrolariū ad quintā. ¶ Pri 42
ma cōclusio. Casus et fortuna differūt. Nā
casus in plus est: fortuna vero in minus. Quicquid enī
fortuna fit/ casu fit: nō autē omne quod casu fit/ fit et for

Casus et fortune discrimen.

tuna. ¶ Secūda/ fortuna solū est eorū circa que est actio. 43
¶ Primo quia fortuna est eorū que volūtate et cōsilio
regunt. Nā agētiū scōm ꝓpositū. hec aūt sūt circa que
versat actio. ¶ Secūdo q̄ fortunatos dicere solem⁹ felī
ces: et fortuna prope felicitatem esse videt. felicitas au-
tem solum est eorum circa que est actio. Est enī bona se
cundū electionem operatio. signū ē igit et fortunā solū
circa ea versari circa q̄ ē actio ¶ Corrolariū. Hīn fit vt
inanimata/ belue/ ac infantes nihil a fortuna faciant: nec
fortunata: aut infortunata nisi scōm similitudinē dicā-
tur. Nam hec oīa: nulla/ cōsilio et electione agunt. Si
militudine autē dicunt et fortunata et infortunata. quē
admodū ¶ Protarcus lapides eos fortunatos dicebat:
qui aris extruēdis aptant/ qui colunt et venerant. In
fortunatos autē q̄ illis iūctissimi humistrati pedibꝰ cō
45 culcant/ possunt et hec a fortuna multa pati. ¶ Tertiā
casus/ et inanimatis et alalibꝰ rōne exptibus conuenire
potest. ¶ Primo q̄ si tripes aptus ad sedendū cadat:
id casu fit. Non enī vt apta sedes fieret/ cecidit: sed vt in
loco quiesceret. Et si equꝰ furto sublatus/ bibendi vel
derio fontē petat: et in manus dñi incidat: a casu salua
tus est. casus igit et inanimatis et alalibꝰ rōne experti
bus cōuenire potest ¶ Secūdo fieri frustra est tā inani
matorū q̄ alatorū/ et rōnis exptium. Fit enī aliq̄d frus
tra cū ad finem ordinat: quē nō consequit. vt si quis et
bi in fundum stomachi descēdendi gratia ambulat/ et
cibus nō descēdat: hec ambulatio frustra fit et vana est.
Si enī quis diceret se frustra balneasse: quia sol non de
fecit/ ridēdus esset. nō enī ideo se (vt sol deficeret) balnea
bat. igit signū est et casum esse inalatorū et alatorum et
rōnis exptium. videnī enī frustra et casus solū in hoc
differre: quia quod frustra fit (ad quē ordinatur) nō cō
sequitur effectum. casus autem consequitur: sed nō ad
quem ordinat. vt si ceciderit lapis et cadendo ledit pre
tereuntem: id casu fit. non enim eius gratia ceciderat.
46 ¶ Quarta conclusio fortuna et casus in genus efficien
tis cause reducuntur. ¶ Nam nature et voluntati accō
modantur: que cause sunt efficientes. vt natura cecidit

Fortunā solis hominibus conuenire
Inanimata et bruta nihil a fortuna agere.
Protarchus
Casus et bruta et inanimata ꝓpetit
Tertie que conclusionis solutio.
Casus.
IIII. conclusio

lapis/qui casu vulnerat pretereuntem. ⁊ voluntate fodiens Socrates: reperit thesaurum. reducunt igit casus et fortuna in causas efficientes. huiusmodi ñ causarū multitudo indeterminata est. ¶ Quinta. casus et fortuna cause posteriores sunt natura et voluntate. ¶ Nam natura et voluntas/ cause sūt p se. casus vero ⁊ fortuna per accidēs. At vero semp priora sunt ea que per se sūt: his que per accidēs dicunt. Sunt igit natura et voluntas cause pores: casus ño et fortuna posteriores. ¶ Co relarium. Quare non conuenienter fortunam causam celi assignauerūt. Nam cum causa esset/esset per accidēs. esset igitur causa celi natura et voluntate et similib⁹ posterior: quod statim per se absurdum esse deprehendit.

V. conclu: 47

Fortunā celi causā esse nō posse. 48

SEPTIMI CAPITIS NOTE

¶ Mouens/agens. Prima mouentia Physica: mota sunt terminatiue ⁊ per accidens. primū autē mouens Metaphysicum omnino non.

SEPTIMVM cap. cōtinet duas cōclusiones et tres rationes ad primam partem secūde. ¶ Prima cōclusio. Sufficienter videtur esse assignata ḡttuor causarū genera. ¶ Nā tot assignanda erant quot (vt casus queramus) inuenimus questiua. Quattuor autē inuenīūtur questiua: ex quo/ per quid/ a quo/ ⁊ cuius gratia. vt si queras/ ex quo res sit naturalis: ex materia. cur corrūpitur: quia est ex materia. materiā respondes. ¶ Et si in mathematicis queras per quid est rectum? per medium non discrepare ab extremis. Cur sit rectum? quia mediū nō discrepat ab extremis. Respondes formam. Si vero queras/ a quibus Thebanorum spoliatum est templum? a Phocēsibus. Cur Thebani Phocensibus bellum intulerunt? quia eorum templum spoliauerunt: causam efficientem. respondes. Si vltra queras cuius gratia Persarū rex Grecis bellū indixit? vt dominaret. Cur Grecos vebelauit? vt dominaret. respōdes finem. Et similiter de reliquis causis omnibus queras. Sufficienter igitur assignata fuerunt quattuor causarum genera. ¶ Secunda. Physicus omne genus cause habet cōsiderare: parit̄ et per quodlibet habet demonstrare. ¶ Q̄ vero sice esse considerationis quia tres cause/ forma efficiens et finis in idem coincidūt. homo enim ratione forme hominem generat/ que quidem operationum efficiens est/ ⁊ que sunt eius gratia. At Physicus formam (que natura est) habet considerare: igitur et efficientem et finem illi coincidentem. et habet (vt prius dictum est) materiam cōsiderare. habet igitur Physicus omne genus cause materiam/ formam/ efficientem/ ⁊ finem considerare. ¶ Secundo quedam sunt mouentia non mota/ que physice non sunt cōsiderationis. Alia vero mouentia mota/ et hec physice sunt considerationis. Unde philosophie considerationis tripartita est. Est enim partium vna que immobilia cōsiderat/ vt Metaphysica ⁊ partim Mathematica. Alia/ mobilia sed incorruptibilia vt Astronomia. Tertia/ mobilia ⁊ corruptibilia/ que Physica nominatur. habet igitur Physicus efficientes causas considerare/ et materiam/ ⁊ formam: que sint coincidit. vt dictum est. quare et quattuor genera causarum. ¶ Tertio. Physici est cōsiderare generationes/ et in quo fiūt: et hoc est materiam considerare. et quid sint: et hoc est considerare formam: ⁊ a quo sint: et est considerare mouens: non dico mouens omnino immobile et omnium primum (nam hoc non est physice considerationis) sed quod mouetur et mouet. et quia natura propter aliquid est: habet etiam finem considerare. habet igitur physicus quattuor causarum genera considerare. ¶ Q̄ vero per omne genus cause demonstret patet. quia cū omne genus cause cōsideret/ eas ad questa habet respondere et per eas facere manifesta. quia si queratur ex quo? materiam respondere habet/ quid? formā. a quo? efficientem. ⁊ gratia cuius? finē. ¶ Q̄ si responder causas que sint vt frequēter: cōcludit qō est vt frequenter. dignius enim est sicvt vnūquodq; vt materia ipsa patitur/ fiat. igit physici est per omne genus cause demonstrare.

T. conclu: 49

Quot sunt causarū que sitiua.

1. forma

2 ca efficiens.

3. finis.

Omne causa est. H.

Mouentium diuisio.

Trifida philosophie diuisio.

OCTAVI CAPITIS NOTE.

¶ Par/ rationabile/consentaneū idoneū ¶ Area/ cā pi planicies. ¶ Contundere conterere. ¶ Absoluere/ perficere ¶ Id natura intendere dicit/ quod non impe dita ꝓduceret. itidem dicit et illius gratia agere/ quod non impedita consequeretur: et quo habito quiesceret. ¶ Portenta/ mōstra. ¶ Mōstrum/ est nature peccatū. ¶ Id nature peccatū est/ quod natura nō impedita ali ter ꝓduxisset. ¶ Citigene/ oliuiperie frutices quorum priora sunt oliue/ ⁊ posteriora vitis. ¶ Priora/ patres priores. ¶ Deliberare ratione inquirere.

OCTAVVM cap. continet duas con clusiones. tria Empedo clis dicta ad primā. sex rationes ad secūdā. tres instantias cum earum solutionibus. ¶ Prima conclusio. ¶ Par est natură ali cuius gratia agere ostendere: ⁊ vnde in rebus naturalibus pendeat necessitas. ¶ Nam natură alicuius gra tia agere prius a nobis positum est: quod pleriscꝫ anti quorum nō videtur. Nā qui calidum ⁊ frigidum prin cipia posuerunt/ dixerunt res non alicuius gratia fieri: sed quia materiale principium tale sit/ vt ex eo rem fieri necesse sit: ⁊ materiam et necessitatem idem dicebant.

Empedoclis et anaxagore sententia.

¶ Empedocles vero qui preter materiam/ litem et ami citiam efficientes causas posuit: ⁊ Anaxagoras/ qui pre ter materiales Homoeos/ efficientem intellectum: primo dixerunt res non alicui⁹ gratia fieri: sed sicut pluit Ju piter/ non vt increscat triticū i orto/ neqꝫ perdat i area sed si augmētat/ hoc accidit: si putrescat ⁊ perdat/ hoc etiam accidit. ¶ Secō dixerunt pluuiā de necessitate cadere et sursū ductā/ de necessitate congelari: et de ne cessitate redire in aquam nō alicuius gratia: ita ⁊ alia bus anteriores dentes acutos/ martilares latos/ nō qui dem ciborum diuidendorū ⁊ contūdendorū gratia: sed ex materie necessitate. Similiter ꝙ relique animalium partes ita site sint: vt ad ipsorum opera apte iaceant: ⁊ vt ipsa alia saluari possint/ hoc a casu euenire. ¶ Ter

tio dixit Empedocles si huiusmodi partes situ non ha beāt (vt opera faciāt) cōuenienter: alia illa interire vt
52 boutgene (dicebat) quorū priora erāt viri. ¶ Secōa con clusio: non ea q̄ a natura eueniūt/ a casu eueniūt: vt vult Empedocles: sed alicui⁹ gratia. ¶ Primo qꝫ quecūqꝫ
NB a natura eueniūt semp eodē modo aut frequēter fiunt. quecūqꝫ vero a casu fiūt/ nō semp eodēmodo aut frequē ter fiūt. vt i hieme frequēter pluit: et ideo id natura esse dicit. raro fit ¶ Cauma/ ideo id a casu euenire sub Canevt frequēter fit ¶ Cauma/ ideo id natura est: raro vero pluit ideo id a casu fieri putāt. Non igitur ea q̄ a natura eue niunt a casu eueniūt. q̄ cū casu nō eueniant ꝓpter aliq̄d igitur erūt. id enī ipsi cōcedunt aut a casu aut ꝓpter ali quid esse. ¶ Secō quorūcūqꝫ est finis quo semp aliquo habito quiescūt: et que id antecedunt eius gratia facta esse videnī. At res naturales semp mouenī quousqꝫ vt nate sunt fieri facte sint: quo facto quiescūt. Vnū quod- qꝫ enī sicut agitur/ sic natū est esse: ⁊ sicut natum est esse/ sic agitur (nisi supuenerit impedimētum) igitur que id antecedūt: eius gratia fiūt. ¶ Tertio si natura extrue ret domū/ non aliter ꝙ nunc ab arte extructa est: eā face ret. et si ars efficeret aial/ nō aliter ipsum faceret ꝙ nūc ipsum natura factū est. Ars enim antecedētia ꝓpter se quentia et finem faceret. igitur et natura. Eadem enim in arte et natura antecederent et sequerenī. ¶ Quarto ars aliquādo perficit/ que natura nequit absoluere. vt medicina. et quedam imitatur natură. vt ars que ima gines fingit: ⁊ que antecedunt/ sequentiū gratia facit. igitur ⁊ natura (quā ars adiuuat aut imitatur) que an
10 tecedunt ꝓpter sequentia et finē agit. ¶ Quinto que dam aial ia (queneqꝫ arte neqꝫ cōsilio regunt) alicuius gratia agere cognoscim⁹ manifestissime. vt araneas te xere telas/ et formicas grana congregare/ et trundines nidos ponere/ et plantas fructuum gratia folia produ cere/ et radices deorsum alimenti attrahēdi gratia por rigere: agit igitur natura ꝓpter finem. ¶ Sexto du- plex est natura materia atqꝫ forma. materie autem finis est forma. est igitur natura alicuius gratia. ¶ Prima

Pulchra natura ordinatio.

Nature ⁊ artis affinitas in operādo.

Nature diuiso.

Prima obiectio.

instantia. Si natura propter finem ageret/ nunq̃ vebe ret peccatum committere. vt producere monstrum: at videmus eam plerumq; edere monstra. non igitur gratia alicuius agit. ¶ Respondet q̃uis natura aliqua pec cata vt monstra committat: non tamen idcirco sequitur

Eius solutio

eam non propter finem agere. Nã et ars/ q̃ alicuius gratia agit interdum peccata committit. vt Grammaticus non recte scribit/ et Medicus non recte potionem minis trat: et sicut in artibus finis intenditur et quod non attingitur peccatum est in finem: ita in naturalibus finis intenditur/ et cum mõstrum edatur peccatum in finem committitur. Nam natura neq; mõstrum producere intendit/ neq; illius gratia agit. impedita tamẽ a suo fine

Secũda obiectio.

monstrum edit. ¶ Secunda/ si natura alicuius gratia ager et non videretur vnũ bouigenas (vt vult Empedocles) producere: quorũ priora sunt viri et posteriora bouis/ non enim ad aliquem finem videtur eos natura pro

Eius solutio

ducere/ non agit igitur natura alicui⁹ gratia. ¶ Respõ det primo si talia monstra ederentur: natura esset impedita/ et aliquod principium eius (vt semen) corruptum Nam animalia non statim fiunt: sed oportet molle semẽ primum disponi/ quod si corruptũ/ deficiens/ aut exube rans fuerit plerumq; contingere solet mõstrum. ¶ Se cundo Empedocles bouigenas confinxit: debuisset enĩ potius in plãtis huiusmodi portenta confingere/ vt vitigenas oliuiperias. Nam plante minus propter finem q̃ animalia agere videntur/ que tamen ausus confingere non est/ que si fierent: fierent (vt dictum est) quemadmodum cetera monstra aut semine deficiẽte/ aut exuberante/ aut corrupto. ¶ Tertio Empedocles reliquit nomen nature dicendo aliquid a natura fieri. Fiunt enim a natura quecũq; ab intrinseco principio continue mota in aliquem finẽ tendunt: quẽ semper eundem non impedita attingũt/ et non mouenẽ indifferẽter a quolibet neq; indifferẽter in quodlibet tendũt/ et tamẽ cum casus aut fortuna ait ea fieri: tollit ea a natura fieri. Fieri enĩ nequit vt casus et fortuna q̃ neq; determinata sunt: sed infinitorũ neq; ad determinata sed infinita: simul cũ na

tura eõueniant que t determinati est/ t ad determinatũ semp (nisi impedita fuerit) ꝓcedit. Hec vero cum sint et indeterminatorũ/ t ad indeterminata/ nõ semper/ neq; frequẽter: sed per raro procedãt. ¶ Tertia instãtia. Natura nõ deliberat. nõ igitur agit ꝓpter finẽ. ¶ Respondet nõ oportere si nõ deliberet: ipsam nõ agere ꝓpter finem. Nã t artifex semp alicui⁹ gr̃a agit non aut̃ semp deliberat: ad agendũ igit alicui⁹ gr̃a nõ req̃rit delibe ratio t sicut ars semp ꝓpter finẽ agit/ ita et natura ei⁹ Exẽplar t quã ars imitat̃ semp ꝓpter finem agit. Inter artẽ tamẽ t naturã hoc ẽ differe videt: q̃ ars extra opus est/ natura vero intra. Intellige igit nauifactiuam in li gno/ t nauem efficere. eodẽ modo ars hec: sicut natura operaretur t huic q̃similima est natura. Similiter cũ medicus seipsum sanat/ hec ars nature est q̃ simillima: et vt hec: eodẽ modo natura operatur.

Natura ars imitatur.

Tertia obiectio.

Eius solutio

Natura est arbi exemplar et simulacrum.

Inter artem et naturam differen

NONI CAP. NOTE

¶ Necessitatẽ simpl̃r/ ab aliq̃ esse intelligim⁹ quo existẽte/ alia vt sint necesse ẽ. ¶ Necessitas dr̃ ex suppõne ab aliquo/ ẽ qb̃ esse/ altero existẽte necesse ẽ. ¶ Fastigiũ/ sũmitas. ¶ Intritũ/ cementũ. ¶ Premissis existẽtibus/ premissis veris. ¶ Conclusio sit/ conclusio sit vera.

53 NONVM cap. cõtinet tres ꝛclusiones t duo corrclaria. ¶ Primacõclusio, videdũ est vnde in reb⁹ naturalib⁹ pẽ deat necessitas/ t an ea simpl̃r/ an ex suppositione sit. ¶ Nam aliqui existimauerunt totam in rebus naturalibus necessitatẽ ex materia et motibus materie prouenire: quẽadmodum si existimarent parietum/ lapides necessario deorsum esse: quia grauiores/ et lateres supra necessario: q; leuiores/ t ligna necessario tenere fastigium: quia leuissima. videndum igitur est an ne sit ita: aut aliunde pẽdeat. ¶ Secunda. in

54 rebus naturalibus necessitas simpliciter/ non ex materia prouenit: sed ex suppositione. ¶ Nã non propterea q̃ materia est rem naturalem stabilem esse necesse est: sed cum queuis res sit naturalis materia vt sit necesse est.

Conclusio I

Conclusio II

Si enim queras propter quid oporteat aliquam rem naturalē/vt ignem esse: non sane respōderes/quia materia est. At vero si queras/propter quid vt sit materia necesse est: bene respondes/q; ignis est. ⁊ hec necessitas cōsimiliter in artificialib⁹ sese habet. vt si sint intritum ligna/et lapides: nō propter ea statim est domus. At si domus est saluat et protegit: vt sit intritum/ligna et lapides necesse est. Et si sit ferrū/aut quod vsum ferri obtineat: nō propter ea necesse est esse serrā. At ferrū/aut quod ferri vsum obtineat (ꝓpterea q; serra sit) statim vt sit necesse est. Si enī queras ꝓpter quid esse serram necesse est nō bene propterea q; ferrū aut quod ferri vsum obtineat sit: respōdes. ecōtra tamen optime respōdeas ferrū aut quod ei⁹ vsum obtineat (ꝓpterea quod serra sit) necesse sit esse. ¶ Tertia necessitas simpliciter in rebus naturalibus a forma et fine est. ¶ Nā forma ⁊ fine existēte (est enī forma in reb⁹ naturalib⁹ finis) materia et motus materie vt sint aut fuerint necesse est. materia autē existēte et ei⁹ motib⁹: nō protin⁹ vt sit res naturalis necesse est. Et hec necessitas similitudinē quandā habet ad necessarium in disciplinis: q; sicut si forma sit: et strarem in di eius dispositiones esse necesse est. at cōtra existētib⁹: nō sciplinis cō- oportet vt ea forma sit. Ita in disciplinis ꝑmissis existē- uenientia. tibus (vt que demonst. at triangulū tres. duob⁹ rectis equales habere) vt sit cōclusio necesse est. ⁊ ꝑmissis necessarijs vt cōclusio necessaria sit oportet: sed ꝙclusione existēte: nō propterea ꝑmissas esse necesse est: nec cōclusione necessaria/ꝑmissas eē necessarias oportet. ¶ Hoc tamen in rebus et disciplinis primo interest ꝙ he necessitates e diuerso sumūtur. Nam in rebus posterioub⁹ existentibus/precedētia vt sint necesse est: non autem cōtra. In disciplinis vero prioribus existentib⁹ posteriora esse necesse est. Nam premissis existentib⁹ est conclusio/non autem contra oportet. ¶ Secundo quia in rebus he necessitates/priora et posteriora sunt actionis. In disciplinis vero ratiocinationis. Et sicut necessitas in rebus naturalibus a forma est: ita et in artificialib⁹ est a fine vt si sit domus: protin⁹ vt si sint intritū/ligna/

Que necessitas a materia ꝓueniat.

111

Que necessitas a forma et fine sumit

Necessitatis rerū ad necessarium

Utriusq; differentia.

et lapides necesse est. at non cōtra oportet. ⁊ si sit a pluuijs nimbus et ventis defensio et domus ligna et lapides sunt. que si sint/ non idcirco talem defensionem esse oportet. Et si sit serra aut ligni sectio: et ferrum aut q̄ eius vsum obtineat protinus est. At contra nō oportet quare manifestū est/et in naturalibus ⁊ artificialibus/

56 necessitatē simpliciter a fine esse querendā. ¶ Primū corrolarium. quare cum vtraq; natura a Physico sit cōsideranda: magis tamē forma et finis. Nam ab ea in rebus naturalib⁹ pendet omnis necessitas: et similiter in artificialibus forma et finis maxime spectāda sunt. sic tamē vt materia (que vt talis forma et finis consequantur necessaria est) nō negligat. ¶ Secundū corrolariū Quapropter et Physicus et artifex a forma et fine potissimū suas diffinitiones ducunt. Ducunt enim ab his que sue considerationis precipua sunt. Et si artifex finē diffinit ⁊ materiā non exprimat/eam facile intelligim⁹. vt quid opus domus? defensio a pluuijs/nimbus et vētis: statim intelligas ligna et lapides in edificium erecta: q̄ (si sit huiusmodi defensio) vt sint necesse ē. Quid medicine opus? Sanitatis introductio: protinus intelligas medicamēta que (si sit introducta sanitas) vt sint aut p̄cesserint necesse est. Quid opus serre? ligni sectio/ statim intelligas ferrum et dētes que (si sit ligni sectio) vt sint necesse est. Idcirco si opus serre ita diffinias est ligni sectio que ferro dentato/ aut quod eius obtineat officium completur: completam operis serre exprimis diffinitionem/⁊ finem et materiam aperte ponis. Et in hoc finit secundus Physicorum.

Per que potissimū diffinit physicus

PRIMI CAP. tertij Physicorum note.

¶ Hec sunt actu/que presentialiter existunt. ¶ Hec vero potentia/que nōdum presentialiter sunt ¶ Hec sunt ad aliquid/que in comparatione ad aliud consideramus. vt actus/potentia/motus/mobile. sunt enim ad hoc sua indita nomina. ¶ Excessus/acquisitio. ¶ Defectus/deperditio. ¶ Commune/commune vniuocum. ¶ Priuatio/priuatio secundo.

TERTIVS liber Physicorum cō tinet octo cap. Primū cōtinet duas cōclusiones. duas rōnes ad secundū. ⁊ quinq; diuisiones. vnum corrclariū ad vltimam. ¶ Prima cō- clusio. Oportet Physicū motum non ignorare ¶ Nam Physica/de natura scientia est. at naturam vt diffinita est (ignorato motu) ignorare necesse est. diffinita est enim esse principium motus et quietis eius in quo est per se et non secūdum accidens. oportet igitur Physicū motum nō ignorare. ¶ Secunda conclusio. eodem modo de consequentibus motum vt infinito/loco/vacuo/et tēpore ad Physicum icumbit determinatio. ¶ Primo. Nam motus primo occurrit esse continuus. cōtinuum autem infinito diffinimus. Dicimus enim id esse continuum quod in infinitum diuisibile est: et nullum contingit sine loco et (vt existimauerūt) vacuo et tempore esse motum. Ad Physicum igitur infiniti/loci/vacui/ ⁊ tēporis incūbit determinatio. ¶ Secundo dictū est que omnibus erunt communia prius determinanda eē: deinde ꝓpria. Est enim de ꝓpriis speculatio ea (que de cōmunibus est) determinanda posterior. At motus infinitum/locus et (vt putant) vacuum/⁊ tempus omnib⁹ reb⁹ naturalibus cōmunia sunt. ea igitur in libris physicis determinanda sunt. ¶ Prima diuisio quedā sunt actu/ quedā vero sunt potentia. ¶ Scōa eorum q̄ sunt actu quoddam est substantia/quoddam q̄tum/quoddā ad aliquid/quoddā quale: ⁊ ita de ceteris predicamentis ¶ Tertia. eorum que sunt ad aliquid/quedam dicūtur secundū excessum/ quedam vero secundū defectum/ quedā secundū motiuū et mobile. Est enim motiuū mobilis motiuum: ⁊ mobile a motiuo mobile. ¶ Quarta eorū que mutant/ quedam mutātur secundū substātiā/ quedā scōm quātitatē/quedā secundū qualitatē ⁊ quedam secundū locum. ¶ Unde fit vt eosdem sint motus quot sūt res scōm quas fit mot⁹: quib⁹ nō est res cōmune nomē/sicut neq; decē ꝓdicamētis Nō enī erit motus

Diffinitio cō tinui.

preter res ad quas fit mot⁹ et ea que dicta sunt: extra q̄ 7 nichil est. ¶ Multa. in vnoq; horū quidā est mot⁹ pfectior/aliusvero ꝑfectior. In substantia/forma et priuatio. In quātitate/quātitas ꝓfecta et ꝑfecta. In q̄litate albedo/nigredo. In loci mutatiōe/sursū/deorsū.

8 ¶ Corrclariū. Quare mot⁹ tot sūt species/ād et entis. diuisio enī scōm vnūquodq; genus. Quot sunt spēs motus.

SECVNDI CAPITIS NOTE

¶ Ut generabile/vt corruptibile/vt in potētia cōtinue generatiōis/corruptiōis. ¶ Scōm q⁹ huiusmodi/scōm q⁹ in potētia. ¶ Ut/inq̄tū/scōm qđ. ¶ Idem subiecto/idē essentia. ¶ Visibile/potens videri.

¶ Coordinationes Pytagore sunt he.

¶ Coordinatio positiuorū		¶ Coordinatio ꝓpriuoꝝ	
Impar	Rectum	Par	Curuum
Finitū	Quadratū	Infinitū	alka ꝓte lōgi⁹
Dextrū	Intellect⁹	Sinistrū	Opinio
Masculū	Unū	Femininū	Multa
Quietū	Lumen	Mōtū	Tenebre

Mouens/mouens completum. ¶ Quiescere/est nō moueri/quando/et vbi/quid moueri natum est. ¶ Quies priuatio motus in subiecto/quando/et vbi moueri natum est. In subiecto/quando/et vbi moueri natum est in subiecto nato.

SECVNDVM cap. continet vnam diffinitionem. vnā instantiā. quattuor cōclusiones. vnum corrclarium ad primam. vnum ad tertiam. duas rationes/et vnum corrclarium ad quartam. 9 ¶ Diffinitio. Motus est actus entis in potentia/secundum q̄ huiusmodi. vt generatio actus est generabilis/inq̄tum generabile. et corruptio/actus corruptibilis/inq̄tum corruptibile. et augmentatio/actus augmentabilis inq̄tū augmentabile. et diminutio/actus diminuibilis/inq̄tū diminuibile. Et augmētatiōi/⁊ diminutiōi nō est nomē cōmune impositū. et alteratio/act⁹ est alterabilis/inq̄tum alterabile. et loci mutatio/act⁹

Diffinitionis mot⁹ declaratio.

loco mutabilis/ vt est loco mutabile. Et dixi huiusmodi actum entis in potētia/ vt in potentia est: eē motum. Mā cū edificabile mouek/ actu edificak: et aliqd edificatōs: potētia relinqtur: et hic motꝰ/ edificatio dicik. ⁊ ita cū aliqd mouek/ in singulis est pcipere actū scōpletū: aliqd sēp potestaꝫ habentē. sicut cū est doctrinatio: medicatio/ volutatio/ saltatio/ adolescentia/ senectꝰ: aliquid eorū actu est/ et aliqd potētia remanet. ¶ Instantia. Si motꝰ eēt actus entis in potētia (vt dictū est) idē simul esset actu/ ⁊ ī potētia: qđ videk inconueniēs. ¶ Respōdet idē nō esse simul ī actu et potētia scōm idem: licet bene scōm diuersa: nec hoc inconueniēs. vt idē nō sik est actu calidū/ et potentia calidū: sed simul bñ est actu calidū/ et potētia frigidū. sicut multe res naturales abinuicē agūt et patiunk: sed nō simul/ aut nō scōm idem. Nec inconueniēs est oē mouēs physicū simul mouere et mouerī: agere et pati scōm diuersa. Et crediderūt aliq/ omne mouēs moueri: quod verū nō est. Est enī quoddā mouētiū īmobile: licet hoc ⁊ credi possit de ijs mouētibꝰ q̄ potentiā et formā in se habēt. Sed de ijs/ alias quid verū sit: fiet manifestū. ¶ Prima cōclusio. scōm q̄ hutuismodi referri debet/ nō ad id qđ habek/ sed ad id qđ nondū habek: sed adhuc habendū est. ¶ Mā statue factio/ nō dicik actus entis secundū q̄ es. Jam enī es actu habek: sed dicik actus entis secundū q̄ in potētia ad statuā: que quidē nondū habek/ sed adhuc remanet habēda. ¶ Correlariū. quapropter/ q̄uis es et es in potentia statua/ vnum numero sint: rattone tamē sūt diuersa. Nam si eadē ratiōe essent/ actus entis in q̄tū es: esset motus entis: quēadmodū actus entis/ vt ī potētia statua: est motus entis. quod dictum est esse falsum. Nec ideirco quia es/ et es in potentia statua/ idē sint: credēdū est ea nō esse diuersa. nā potēs sanari/ et potēs egrotari/ subiecto idē sūt: que tñ late rōne differūt. Mā si diuersas nō haberent ratiōes/ idē: et sanū/ ⁊ egrum simul eē posset: que contraria sunt. quorū enī potentie nulla ratiōe differunt: nec eorum actus different. Similiter idē est/ et color et visibile. color tamē et visibile/ ratiōe differunt/

Contra diffinitionē motus: instātia. Eius solutio

atq; diuersas habent rationes: ita et similiter es/ ⁊ po-
12 tentia statua. ¶ Secunda conclusio. cum res solum in potentia est/ aut solū in actu/ nō mouetur. Nam res tūc mouetur/ cum ea est actus entis in potētia: vt dictū est/ nec⁹ prius nec⁹ posterius. At cū res/ sit solum in potentia: in ea nondū est huiusmodi actus: nec similiter cum solum sit in actu. Solet enī vnūquodq; mobile/ interdū moueri/ et interdū non moueri. vt domificabile (cū nōdū ligna/ lapides/ et cetera talia/ ab artifice mota sint) non mouek. Cū vero actu operak et eius operationis aliqd in potentia relinquitur/ domificabile mouetur: et talis motus/ domificatio nuncupak. Cū vero est cōpletus actus/ ⁊ est domꝰ: ipm (vt huiusmodi) nō amplius mouetur. et ita in singulis. cū igīt solum sit in potē-
13 tia/ aut solum in actu: non mouek. ¶ Tertia. non recte diffinierunt motū Pythagorici/ dicētes motū esse alteritatē/ inequalitatem/ et non ens. ¶ Mā si sit alteritas/ aut inequalitas: non plus idcirco oportet esse motū/ q̄ ex suis oppositis. Similiter si quid non est ens/ nō protinus sequitur esse motū. non possunt igīt per hec recte motū diffinire. Et certe aliter q̄ dictū ē/ difficile est motū diffinire. Et ponebāt motū eē non ens: quia videbak eis motum eē aliquid indeterminatū. et ponebant ipsum in coordinatione priuatiuorū: quorū nullū est (vt vocebant) vt hoc aliquid/ aut q̄rū/ aut aliquod aliorum predicamentorū. Nos vero dicimus motū esse quid indeterminatū: non qz sit pura priuatio. nā non omne dicimus actu determinatū/ et cōpletum/ aut purā potentiā/ et priuationē: sed est aliquid quod est partim actu/ et partim potentia: quomodo dicimus motū esse quid indeterminatū. videk enī oīs motus esse actꝰ imperfectus. ¶ Correlariū: quapropter nimirū si quid sit mo-
14 tus/ difficile fuerit inuenire. Nam nec⁹ simpliciter est actus/ nec⁹ simpliciter potentia: sed vt dictū est: eorum est que partim sunt actus/ et partim potentia: qui q̄uis sit vt diffinitꝰ est: difficile est tamē ipsū videre. ¶ Quarta. omne ens naturale mouens/ mobile est: et eius īmobilitas quies est ¶ Primo. quia quicquid potestatem

Nature mōtus per artis operationē explicatio

Diffinitio motꝰ a Pythagoricis data.

Pythagoricorū de motu: sentētia.

Quid sit mobile.

habet vt moueat/mobile est:et eius immobilitas/quies est.quibuscunq; enim inest motus/quotiens nō mouentur:quiescere dicuntur. omne ens autem naturale mouens/potestatem habet vt moueatur.Est enim ex actu et potentia.Ex actu enim agit:potentia autem patitur.igitur omne ens naturale mouens/mobile est:et eius immobilitas/quies est. ¶ Secundo. res naturales actu agunt:agendo igitur/simul et patiuntur.Erit igitur omnis res naturalis mouens/mobilis:et eius immobilitas/quies. ¶ Corrolarium: vnde fit vt iterū recte diffiniatur motus/vt sit actus mobilis inq̄tū mobile est:vt cum res naturales actu agunt/est intelligenda vna species/vt substantia q̄ritas/ aut qualitas act⁹ continue effectiua in eo quod mouetur (sicut actu homo/ex potētia facit hominem) qui quidem actus q̄diu continue acquiritur:actus est mobilis inq̄tum mobile et motus.

Quid sit immobilitas

Secūda motus diffinitio

16

TERTII CAPITIS NOTE

A. Athene. T. Thebas Linea/spacium interceptum inter Thebe et Athenas.

A • Athe. — In hoc. — T • Thebe.

TERTIVM cap. continet tres questiones.tres cōclusiones. tres rationes ad primam.tres instātias ad tertiam/et earum solutiones. ¶ Prima questio/i quo est motus subiective? 17
¶ Prima conclusio:motus subiective est in mobili. ¶ Primo: quia est actus mobilis:vt dictum est. ¶ Secundo in eo est actus qui motus est: cuius prius erat potentia. Est enī motus act⁹/entis in potentia. At vero ipsius mobile prius erat potentia.est igit motus subiective in mobili ¶ Secūda questio/ an motiui et mobilis idē sit act⁹? 18 19
¶ Secunda conclusio.motiui et mobilis idē est actus 10
¶ Nā illoz̄ est idē act⁹:quoz̄ vnū/actū ꝓducit/et alterum eudem recipit. Motiuum autem actum producit/ et mobile eundem recipit. Est enim motiuum mobilis

II Corol: In hoc.

motiuū t mobile a motiuo mobile. igit motiui t mobilis idē est act⁹. Et licet actus ille re ipsa sit vnus: est tamen ratione et cōsideratione duo. sicut idem est spaciū ascensus et descensus:ratione tamen duo. Nā act⁹ ille vt est a motiuo/dicit actio:vt vero i mobili/dicit passio

21 ¶ Tertio q̄stio/An actio et passio diuersi sint actus: 22 quoz̄ vn⁹ i agente sit/et alter in patiente. ¶ Tertia cōclusio. Actio et passio nō sunt diuersi actus. ¶ Nā aut vterq; in agente/aut vterq; in patiente/aut actio in agēte et passio in patiente/aut cōtra actio in patiente t passio in agente locarek.nō vterq; in agente locabit/ Nam omne mouēs moueret aut habēs motū nō moueret:et ipsum patiens t mobile nūq̄ moueret. sine motu enim nō moueret.que sūt impossibilia. Nec vterq; immobili q; omē mobile moueret.vt si ds disciplinaret/q; haberet vtrūq; actū actionē doctionē t passionē disciplinationē:simul doceret t doceret: quod statim ridiculum apparet. Et idē duobus motib⁹ ad eundē terminū moueret:quod esse nequit. Neq; erit actio in agēte/t passio in patiente. quia sicut omne patiens moueret:t omne agens moueret. haberet enī vtrūq; actū in potentia scōm q̄ in potentia. Et min⁹ locabit actio in patiente t passio in agente. alioquin omne patiens ageret t omne agens pateret cum contra sit:aut nominibus abuteremur. Actio igitur et passio non sunt diuersi actus:sed vnus vt dictum est:ratione tamen diuersi. ¶ Prima instantia. actionis et passionis diuersa sunt opera et effectus. est enim actionis effectus/actum:t effectus passionis/passum. sunt igitur diuersi actus t nō vnus. ¶ Solutio. vt actio et passio vnus sunt actus numero:et ratione duo:ita actum et passum vnum sunt numero: ratione duo. ¶ Secunda instantia. inconueniens est duorum specie differentium agentis t patientis esse vnum et eundē actū:igit actio et passio minime sūt vnus idēq; act⁹ ¶ Solutio. nō est inconueniēs duoz̄ spē differentiū/ vnius vt ab hoc et alterius vt in hoc:esse vnū et eūdem actum/Est enim actus ille agētis/vt ab hoc:et est patiētis/vt in hoc. Non rō eius ratio vtrinq; est vna sicut tu

III Corol: Actionem et passionē/nō esse reipsa diuersos act⁹

Prima obiectio.

Eius solutio

Secūda obiectio.

Eius solutio

Universidad de Deusto
Biblioteca

nice et vestio: sed sicut via de Thebis ad Athenas/ et de Athenis ad Thebas: vt prius dictum est. ¶ Tertia instantia. Si actio et passio/ essent idē actus/ doctio et disciplina essent idem: hoc autē esse nequit. ¶ Primo qz omne discens doceret/ et omne patiens ageret. Nam discēs omne: in se haberet doctionē: et omne patiēs actionem. Secundo/ quia si doctio esset disciplina: et actio esset passio. docere esset discere/ et agere esset pati: que statim absurda videntur. Non erunt igitur idem actus/ actio/ et passio ¶ Solutio. doctio/ est disciplina/ et actio est passio. Neqz idcirco omne discens docet/ neqz omne patiens agit. Nam non dicit quis docere/ quia doctionem habeat/ sed quia ad hoc est doctio. Ita neqz dd agere dicitur/ qz in hoc sit actio: sed quia ab hoc est actio. Non tamen proprie actionem eādem passioni dicim⁹: sed potius q̄ actio et passio vnus sint actus: quiquidem quia est huius in hoc et huius ab hoc: ratione alterum est. Neqz oportet si doctio disciplina sit/ et actio sit passio: idem esse docere et discere: agere et pati. Sicut si idē spacium eademqz distantia. sit de Thebis ad Athenas et de Athenis ad Thebas: idem esse distare de Athenis ad Thebas/ et distare de Thebis ad Athenas. Ille enim qui distat a Thebis ad Athenas: non distat de Athenis ad Thebas. Et ita sufficiēter dictum videtur quid sit motus: ex cuius generali diffinitione facile est suarum specierum diffinitiones trahere. vt q̄ generatio/ sit actus generabilis/ vt generabile est. et ita de corruptione/ augmentatione/ diminutione/ alteratione/ secundum locum mutatione/ domificatione/ medicatione/ et singulis alijs.

Tertia obiectio.

Eius solutio

QVARTI CAPITIS NOTE

¶ Numer⁹ quadratus est/ qui descriptus quattuor latera habet equalia. Et idem est/ qui ex ductu alicui⁹ numeri in seipsum resultat. ¶ Arithmeticus gnomo/ est numerus qui numero quadrato circūpositus/ quadratum relinquit.

Quadrati totales.



nota paruorū quadratorum/ ●. nota circūpositorum Gnomonū/ 1. 4. 9. 16. parui quadrati/ 3. 5. 7. 9. circumpositi Gnomones/ q̄ paruis quadratis additi magnos constituunt quadratos.

¶ Sensibile/ res naturalis. ¶ Magnitudo sensibilis/ rei naturalis magnitudo.

QVARTVM cap. continet vnam conclusionem. duas rationes ad eam. quinqz/ infinitum ponētiū antiquorum: opiniones. sex/ quas ipsi assignabant: infiniti proprietates. sex rōnes infinitum esse p̄bātes. et quinqz modos infiniti ¶ Conclusio de infinito Physica determinatio est. ¶ Primo qz de magnitudine/ motu/ et tempore Physica determinatio est: que aut finita aut infinita/ necesse est esse. nō tñ omne quod est: finitū/ aut infinitū est: vt punctū et qualitates que neqz finita neqz infinita sūt. igit de infinito Physica determinatio est. ¶ Scōo qz q̄ de naturalib⁹ sciam tradere curauerūt Pythagoras/ Plato/ Anaximander/ Democritus/ Anaxagoras et plurimi alioru: omnes de infinito mentionē fecerūt. signū est igit de infinito Physicā determinationē esse. ¶ Quinqz Antiquorum opiniones. ¶ Prima est Pythagore infinitum principium per se ponentis vt subiectum/ solum par numerum. Primo q̄ in equalia semper sectionem recipit/ nō autem impar: sed cum primū sit impar: claudit

ꝛ terminal/vt hmõi sectionẽ recipere nõ possit. Secundo/quia par numer⁹/numero vt quadrato additus sẽper mutat numeri speciem. quadratis vero suis consequẽter adiuncti impares nunq̃ mutant speciem: sed sẽper quadratos relinquunt. Hac de causa impares gnomonas vocant: quod solum in rebus sensibilib⁹ infra celum et terram ponebant. ¶ Secunda est Platonis/ infinitũ principium per se vt subiectum ponẽtis/ꝛ numerum parem ꝛ imparem/magnũ et paruũ/ꝛ sẽsibilium ꝛ intelligibiliũ: et nihil extra celum ponebat neq̃ corpus/neq̃ ideam. Ideas enĩ nusq̃ ponebat. Et differt a Pythagora. Primo q̃ ponit infinitũ esse imparẽ numerũ. Scõo/q̃ in rebus intelligibilib⁹. Tertio/q̃ nihil sit extra celũ: quorum opposita dicebat Pythagoras. ¶ Tertia est Anaximãdri ꝛ aliquorum aliorũ/infinitũ vt accidens ponentium/Aliqui esse in igne/vt in subiecto. Aliqui in aere. Anaximãder vero in corpore densiori igne: subtiliori vero aere posuit. ¶ Quarta est Democriti infinitas atomos ponentis/ ex quibus adinuicem iunctis/ infinitũ magnitudine conflatur: ex quo ola fierent: neq̃ posuit quodlibet fieri ex q̃libet. Nã pmas atomos et prima rerũ principia ex scinuicem fieri non posse: dixit. ¶ Quinta est Anaxagore infinitas similares atomos ponentis et omnia esse in omnibus et ola fieri ex omnibus: diuino intellectu omnia ab omnibus segregãte. ¶ Qui vero principia rerũ naturaliũ et numero ꝛ magnitudie finita posuerũt: nullũ locũ infinito in reb⁹ sẽsibilib⁹ reliq̃rũt. Nõ enĩ in pncipijs reliq̃rũt. nã ea/ et numero ꝛ magnitudie finita faciũt. Neq̃ ĩ ijs q̃ ex pncipijs sunt. Nã quicquid ex ijs (que numero ꝛ magnitudine finita sunt) constitit: finitũ esse necesse est. ¶ Sex infiniti quas antiqui ipsi attribuebant ꝓprietates. Q̃ esset principium. ingenitum. incorruptibile. omnia continens. omnia gubernans: ꝛ quoddam diuinum (vt dicebat Anaximander) ꝛ numen immortale/ Que rationabiliter staturo infinito dicere videtur. Nã quicquid est/ aut principium/aut ex pncipio est. infiniti autem non est principium: cum ipsum ponendum es-

Plato. 25

Anaximander. 26

Democrit⁹. 27

Anaxagoras. 28

Infiniti ab antiquis assignate ꝓprietates sex. 29

set infinitum. ꝛ cum non haberet a quo generari posset neq̃ corrũpi (nam haberet principium) ipsum esset incorruptibile atq̃ ingenitum. extra quod cum nihil esse posset: contineret omnia. quod cum esset principium ingenitum/incorruptibile/omnia continens iure videtur gubernare debere genita/ corruptibilia/et ex eo principiata. esset igitur diuinum quoddam ꝛ vt numen (vt dicebat Anaximander) habendum. ¶ Sex rationes q̃ Rationũ ĩfinitum sit ¶ Prima: tempus est. igitur et infinitum. nitũ esse cõtẽ Nam tempus immensum est ꝛ quod percurri nequit. dẽtũ: prima ¶ Secunda: magnitudo est. igitur et infinitum. Nam Secũda. magnitudo/infinitam partitionem (vt ponit Atithmeticus) recipit ¶ Tertia: perpetue sunt generationes. et Tertia. hoc esse nequit nisi infinita sit quedam materia: ex qua q̃libet generatio partẽ suã accipiat/ alioquin aliq̃n casure cessarent rerum generationes. est igitur infinitum ¶ Quarta/ omne corpus finitũ semper ad aliud corpus Quarta. terminatum est. necesse est igitur esse infinitum. Nam corpora claudendo/ non erit pertingere ad finem et terminum ¶ Quinta: intellectus numerum intelligit infiQuinta. nitum et magnitudinem infinitam. Intelligit enim extra celum esse spacium infinitum/ quod infinitum corpo et infinitos mundos recipere potest. quod si potest/ iam recepit. Nam cum sit supra temp⁹/ esset eternum: modo in eternis simul sunt esse et posse esse. Et cur etiam potius illic q̃ hic esset vacuum? est igitur ĩfinitum. Nam intellectus/ intelligendo non deficit ¶ Sexta eos qui nõ Sexta. ponunt infinitũ multa incõmoda sequunt. Nã discipline Mathematice tollunt infinita numero progressio/ et infinita magnitudinũ et rẽporũ diminutio. ponendũ est igit infinitũ. His argumẽtis statuerevolũt infinitũ. et q̃us cõcedẽtes ĩfinitũ/ grauissime sequãtur q̃stiões an videlicet vspiã sit ĩfinitũ? an substãtia sit an accidẽs Physici tũ q̃stio est/ an sit magnitudo sensibilis infinita. ad quod rite cognoscendum/ ponendi sunt modi infiniti. ¶ Quinq̃ modi infiniti. ¶ Infinitum primo est Quinq̃ modi infiniti
31 q̃ nõ potest pterãsiri q̃admodũ vox dicit inuisibilis q: non sit nata videri. ¶ Scõo infinitũ est quãtum transi-

tum habens: sed incōsummabilē. ¶ Tertio transitū habens nōdū totū prāsitū. Quarto trāsitū habēs/ sed trā situ difficilē ¶ Quito. est cui semp additio/ substractio ve/ aut vtrū p fieri potest.

QVINTI CAPITIS NOTE

¶ Actu infinitum infinitū scō. ¶ Corpora sēsibilia simplicia/ Elementa: ignis/ aer/ aqua/ terra. Composita: animalia vegetabilia/ minerabilia/ mixta impfecta/ ¶ Motus/ motus localis. ¶ Fulciat/ sustineat. ¶ Bitatur/ sustinegatur/ apodietur. ¶ Idem/ similis.

QVINTVM cap. continet duas conclusiones. tres rationes ad primam et sex ad secundam. ¶ Prima 32 conclusio. non est ponendū actu infinitum a sensibilibus separatum ¶ Primo: quia aut esset substantia/ et tunc impartibile erit. Omne enim partibile/ aut magnitudo/ aut multitudo est. Si autē est impartibile: nō erit infinitū: nisi quēadmodū punctū et vox inuisibilis. de quo infiniti modo nō agit hic: neq; de eo ipsi intendunt. Agimus enī (et idem ipsi intēdūt) de infinito trāsitum sed incōsūmabilem habēte. aut accidens esset: et tunc nō esset principium: sed potiꝰ id cui inesset. ¶ Secundo. infinitum passio est magnitudinis et numeri et magnitudinis. separata vero a sensibilibꝰ neq; magnitudinē/ neq; numerum (qui ex magnitudinis sectione consurgat) habent. neq; igitur eis conuenit infinitū. quibus enim subiectum nō cōuenit: neq; eius passio conueniet vnq;. ¶ Tertio: quia si tale infinitū/ substantia esset: cū esset principium: ipsū esset simplex. aut ergo partibile esset: et tunc quelibet pars eius/ esset infinita: sicut quelibet aeris/ est aer: hoc aūt impossibile. Nam idem plura infinita esse ipossibile est. Aut erit impartibile. et tūc relinquit solum infinitum vt pūctꝰ. ponendū igitur esset accidens: quod (vt dictum est) esse nequit. Nā nō esset (vt ipsi volunt) principiū. patet igit Pythagoricos male ipsum ponere substantiā partibilem. Hec tamen questio/ an sit huiusmodi infinitū sepa-

ratum/ aut in Mathematicis aut intelligibilibꝰ omnino magnitudinū et dimensionum expertibꝰ: Physica non est: sed ea qua queritur: an sit corpus sensibile actu
33 infinitum. ¶ Secūda conclusio non est corpus sensibile neq; numerus actu infinitus. ¶ Prima ratio q: omne corpꝰ superficie clausum est. nullū autē infinitū claudi potest. igitur nullū corpus sensibile infinitum est: immo neq; intelligibile ē vt mathematicū. Sed q neq; numerus infinitꝰ sit/ patet: quia omnis numerus numerabilis est. quod autē numerabile est pcurri et transiri potest. Nullus igitur numerus infinitus est. nā infinitū neq; pcurri neq; trāsiri potest: et he rationes cōmunes sūt: que sequūtur autē physice. ¶ Secūda ratio. Si esset aliquod corpus sensibile actu infinitū aut simplex esset/ aut compositū. Non compositū: quia cum sit ex multitudine finitis: si illa sint et magnitudine finita: totum erit finitum. quod enī ex multitudine et magnitudine finitis cōstat: vt finitū sit/ necesse est. Aut ergo eorū alterum/ ex quibus est infinitū esset/ et alterabile: ita hoc autem ē nequit: quia ea ꝓportionata esse oportet: modo cū eorum quodlibet vim habeat: infiniti vis esset infinita: et finitorū finita: quod ideo statim destruet finita vt si ignis sit finitus: aer vero infinitꝰ ꝑcucurrq; etiam equalis ignis equalem aerem potētia superaret et vim suam duplaret: nichilo secius/ aer infinitus ignem finitū extingueret/ nō igitur erit sensibile compositū infinitū: ex altero infinito et ceteris finitis constans. Neq; erit ex omnibꝰ infinitis. Nam vnū infinitum esset et omnia occuparet. Nullus igitur alijs relinquitur occupandi locus/ aut omnia simul occupabūt. hec autē impossibilia. Neq; corpus sensibile infinitū: simplex erit. Nā sensibilia simplicia corpora: adinuicē cōtraria sunt. Est enī ignis calidus et siccus/ aer humidꝰ et calidus/ aqua frigida et humida/ terra sicca et frigida. Si igitur vnum esset infinitum: alia statim consumeret et corrumperet. Neq; est (vt Anaximāder credidit) corpus simplex medium infinitum: ex quo omnia fiant. Primo quia eedē (que de alijs sensibilibꝰ) prohibēt rationes. si vim agēdi habet: alia consumit omnia/ et nullus ceteris (quem

Infinitum actu esse non posse.

Anaximandrum refutat.

occupare possint) relinquit locus. ¶ Secdo. quia vnū quodq; resolui videm⁹ in ea ex quib⁹ cōponit. vt igneā in ignē/aerea in aerem/aquea in aquā/ & terrea in terrā Nichil autē in illud corpus resolut cōpertū est: sed oīa in ignē aerē/aquā/aut terrā: resolui vident. Non igitur tale ponēdum est: ex quo oīa fierēt. ¶ Tertio. q; si dicāt tale corpus simplex/vim nullā habere: qua cetera absūmat. igit neq; ex eo fient oīa /neq; in ipsum corrūpētur. Fiunt enī sensibilia ex cōtrarijs/ & in sua corrūpunt contraria. Quapropter cū finita sint elemēta/ & cōcordi proportione ligata: nō sane Heraclit⁹ audiētes territurus cōminabat aliquādo futurū/ vt oīa ignis fierēt: vt omnia ad suam recurrāt originē. Facietat enim Heraclit⁹ ignē omniū principiū. vt Anaximāder igni/ aeriq; corpus mediū. ¶ Tertia ratio: q; omne corp⁹ sensibile/alicubi esse natū est/et cuilibet assignādus est proprius locus. et totius rei sensibilis et eius partis/idē est naturalis locus. vt totius ignis et sintille ignis/ et totius terre et glebe terre. Si vero illud infinitū ponatur similiū partium/ quomodo erit in loco naturali? cū omnē occupet locū/et eius vna partiū in vno loco sit & altera in altero. mouebit igitur semper. Nā res naturalis omnis: extra locū non phibita/ad suū locū mouetur. Vt cū infinitum sit/et extra se locū nō habeat: non mouebit. stabit igitur et semp. hec autē impossibilia. Si autē sit dissimiliū partiū/iam nō est vnū sensibile corp⁹: sed plura vt sexāgētia. Aut ergo erit ex finitis partib⁹ et numero et magnitudine/ hoc autē nō. Nā ex talib⁹ nō nisi finitū oriri potest. aut vna infinita est/ et cetere finite/neq; hoc quidem: esset enim infinitū similiū partiū: quod paulo ante esse non posse mōstratū est. quod cū esset simplex/ alijs sēsibilibus simplicibus cōtrariaretur corpozib⁹/ et ea statim corrūperet. Et tāto minus plures/ aut omnes: infinite esse possunt. Aut erunt omnes magnitudine finite/ multitudine vero infinite. sic autē infiniti erunt loci. Quodlibet enī corpus simplex/ diuersum locū habet. essent autē illa infinita infinitum constituentia/ simplicia. cum oporteat infinitū (si sit) ipsum esse principiū Hoc autem impossibile est. Q; si finiti sunt loci: et locata finita erunt. Oportet enim corpus et locū simul esse/ vt neq; corpus maius sit loco: alioquin esset corp⁹ sine loco. Neq; locum corpore maiorem: sin minus/ vacuum aliquid relinquet. Neq; recte sentit Anaxagoras illud infinitū immobile esse: q; seipsum fulciat/ & seipso nitat: improbatur: quia non habeat a quo contineri possit. ¶ Primo. nam quod immobile esset tale sensibile corpus/ hoc nō natura sua esset: sed vi quadam et quia infinitū esset. vt terra mobilis est. et si esset infinita/non idcirco natura immobilis esset: nam natura mobilis est: liceret tamen dicere seipsam fulcire et seipsa niti. Reddēda igit esset ab Anaxagora alia causa: cur huiusmodi sensibile corpus/esset immobile ¶ Secundo. quia querendū est ab Anaxagora an infiniti partes finite fulciant se & immobiles sint? Nō enim poterūt ea ratione (qua dicebat) se fulcire et imobiles esse: quia nō habeant a quo cōtineri possint: sūt enī finite. Q; si mobiles sint/ & totū mobile erit. Sensibiliū enim simpliciū corpozū: vt partes mobiles sūt/ & totū. & partes & toti⁹ idē est locus. vt si ignis scintilla mobilis est/et tot⁹ ignis. & vnius scintille ignis et totius ignis idem est locus. Et si gleba terre mobilis est: et tota terra mobilis est. et idē vni⁹ glebe terre & totius terre/ locus est ¶ Quarta ratio. omne corpus sensibile/leue est aut graue: et omne leue fertur sursum: & omne graue/deorsum. Vt si esset infinitū/ neq; esset leue neq; graue: non enī erit totū leue & graue. Nam opposita sunt. Neq; totum leue: nam totum sursum ferretur/ neq; totum graue: nam totū ferretur deorsum. Neq; mediū leue/ et medium graue: quo pacto enim infinitum meditabitur: quod a principio medio & fine careat? non igitur si esset infinitum: corpus esset sensibile. ¶ Quinta ratio omne corpus sensibile in loco est. Atqui infinitum corpus est sensibile/ infinitum igitur in loco est. Atomnis in loco est locus: sursum/deorsum/ante/post/dextrorsum/aut sinistrorsum est. Sūt enim hec: sursum/deorsum/ ante/post/ dextrum/ et sinistrum: differentie positionum/ non solum a nobis sed natura determinate. erunt igitur eedē differentie positionū in infinito/hoc autem esse nequit: quia in solis finitis natura: sursū/deorsum/ ante/ post/

Heraclitī sentētia.

Corpus infinitum/neq; graue neq; leue/esse posse.

Corpus infinitū/itidē sensibile.

dextrum et sinistrum licet intueri. nō erit igitur tale infinitum/ corpus sensibile. ¶ Sexta. omne corpus sensibile est in loco. quicquid autē est in loco terminatū est. Est enim locus terminus/ igitur quicquid est in loco: finitum est. Nam infinitū termino contineri nequit/ non est igitur infinitū sensibile corpus: nō enim erit in aliquo loco aut sursum/ aut deorsum aut aliquo alio. Si autē non est in aliquo loco/ in nullo loco est. sicut si infinitū non est aliqua quātitas: vt bicubitū/ tricubitū/ aut aliqua aliarum: ipsum nulla est quātitas.

SEXTI CAP. NOTE.

¶ Infinitū potentia/ infinitū quinto. ¶ Agon/ ludus/ certamē. ¶ Olympia/ certamina olim in honorem Jouis/ in Olympo monte celebrata. ¶ Partes ꝓportionales sunt/ que ad suum totū semper similē retinent ꝓportionem/ vt duplam/ triplam/ quadruplā/ et ita de ceteris. ¶ Partes ꝓportionales/ partes eiusdem rationis/ partes eiusdem ꝓportionis.

SEXTVM cap. continet tres diuisiones. et quas conuenientias post se 34
cundam. ¶ Prima diuisio. Infinitū esse dupliciter intelligi potest. vno modo esse infinitū actu: quomodo dictum est infinitum non esse. Alio modo esse infinitum potentia: quomodo bene est infinitū. Nam omnino nō esse infinitum/ multa incōmoda sequūtur. ¶ Primo: tempus/ principium et finē habere: et esse ex impartibilibus constitutum. ¶ Secundo: magnitudines nō esse diuisibiles in magnitudines. ¶ Tertio: numerum non esse infinitum augmentabilem: quę quidē incōmoda/ posito infinito in potētia cessant. Nam cum ponit magnitudo nō esse infinita actu: sed infinita potentia: vt diuisione facile est cognoscere magnitudines diuisibiles esse. Imagnitudines: et interimere impartibiles lineas. Et cū ponitur multitudo infinita non actu: sed potentia. vt appositione: statim saluatur numerum in infinitū augeri posse. ¶ Secūda 35
diuisio: dupliciter aliquid potest esse in potentia. Primo modo sic in potētia vt completum illius cōsequi possit

Incōueniētia q̄ sequūt tollētes omnino infinitū.

Bifariā aliquid dici in potentia.

actum. quomodo es nondum formatum: est in potentia statua. Secundo modo sic in potentia: vt nunq̄ completum consequi possit actum: sed semper sit in fieri: ita vt cum aliquid eius fit actu/ eiusdem aliquid relinquatur in potentia. vt dies/ et agon/ et Olympia. Hec enim in fieri semper cōsistunt. que cum aliquid habeant actus: alterius sunt in potentia: quomodo dicimus infinitū potentia diuisionis et infinitum potētia appositionis: q̄ semper fieri possit diuisio/ et semper potentia relinquatur facienda/ et semper fieri possit additio/ et semper relinquātur addenda. Non autem infinitum potentia diuisionis primo: ita vt infinita actu diuisio facta esse possit. Nam cum magnitudo/ diuisibilis non sit in non magnitudines: infinita actu diuisa/ infinitam actu constituissent magnitudinem. quod esse nequit. ¶ Prima cō 36
uenientia. conueniunt infinitum in potentia in successiuis. vt tempore et hominibus/ et infinitum potentia in permanentibus: quia vtrumq̄ est in continue accipiendo vnum post alterum: sic vt nunq̄ accipiendo alterum deficere possimus. et sunt semper in fieri. vt dies et agō/ 37
generatio et corruptio. ¶ Differunt tamen quia in successiuis vt tempore: prius acceptum non manet cum posteriore. In permanētibus autem/ vt magnitudine prius acceptum: bene manet cum posteriore. ¶ Secunda 38
conueniunt infinitum diuisione et infinitum appositione. Nam ex magnitudinis diuisione accrescit multitudo: et infinitum appositione. quantum enim magnitudini distrahimus: tātum numerose multitudini adiicimus. Ediuerso tamen sibi mutuo respondent. Nam ilud distrahēdo: hoc autē semper apponēdo: fit. ¶ Ter 39
tia diuisio. vno modo intelligitur infinitum diuisione sumendo semper partes alicuius determinate quātitatis: quomodo non est infinitum diuisione. Nam omnis magnitudo finita est. omne autem finitum/ per determinate quantitatis ablationem/ tandem absumitur. Alio modo sumendo partes non quidem alicuius precise et determinate quantitatis: sed bene eiusdē rationis (quas partes proportionales vocant) et hoc modo est infinitū diuisione. et tales partes sumēdo nunq̄ a diuisione de-

Q̄ infinita actu diuisio facta esse nō possit.

Bifariā infinitum diuisionem fieri posse.

ſcimus. Et ita de infinito appoſitione. nam vt ſumẽdo partes non aliquius determinate magnitudinis/ſed p portiõales/nunq̃ diuiſioni materia deeſt: ita quoq; ne q̃ appoſitioni. Hoc tamen intereſt. quia diuidendo quãtalibet magnitudine minorem facere poſſumus: apponendo autem quãtalibet maiorem facere non poſſum⁹. Nam vt Phyſici aiunt/non eſt corpus celo maius/nec q̃ eſſe poteſt. Et ſi quãtalibet magnitudine/eſſet appoſita maior infinitũ actu eſſe oportereꝛ. quod eſſe nequit: ſed eſt infinitum appoſitione (vt dictum eſt) ediuerſo infinito diuiſione reſpondens. quãta enim quãtitatẽ diuidendo detrahis: hec ꝛ tanta/ creſcenti ex diuiſione multitudini apponis. Propter hec Plato duo infinita fecit: magnũ et paruum. Magnum quidem/quia apponẽdo videtur in infinitũ excreſcere. Paruum vero/q̃ magnitudo diuidẽdo videtur in infinitũ minui. Que licet dicat rerum principia: non tamen illis vtitur. Nam vtitur principijs numeris: in quib⁹ nullũ locat infinitum. Non enim in numeris poſuit infinitũ diuiſione/ quia omnes in vnitatem reſoluũtur: qua nichil min⁹ eſt. Nec q̃ in ipſis poſuit infinitũ ſecundũ augmentum: cum ad denarium vſq; numeros ſolum augeri putet.

Platonis de infinito ſententia.

SEPTIMI CAP. NOTE.

¶ Quãtitatẽ/ determinatã quãtitatẽ. ¶ Semper eſſet extra accipere/ ſi extra quaſcunq̃ quãtitates acceptas/ ſemper alie ab ipſis relinquãtur accipiende.

SEPTIMVM cap. continet tres cõcluſiones. duo corꝛelaria ad p̃mã. ꝛ vnũ ad ſcãm. ¶ Prima concluſio. nõ recte diffinierũt infinitũ/ipm eſſe dicẽtes: extra q̃s accipere nichil ẽ. At potius dicẽdũ eẽt / cuius eſt ſemp aliq̃d extra accipere. ¶ Prima ps patet: qꝛ hec diffinitio cõuenit toti ꝛ perfecto: q̃ finita ſũt. Nã id totũ et pfectũ dicim⁹/ cui nichil deeſt: neq; eſt eius aliq̃d extra accipere. vt totũ ꝛ pfectũ hominẽ totã ꝛ perfectã arcã. totũ enĩ/ꝛ pfectũ aut oĩno eadẽ ſunt: aut parũ inter ſe differũt. Non enĩ extra vniuerſũ/ẽ accipere aliq̃d: cꝛũ finitũ ſit. Non igit recte diffinitũ eſt infinitum/q̃ ſit quod extra nichl eſt accipere. Secundũ patet. nã annulos conſueuerũt dicere infiniti: Annuli/ ad hos: q̃ voluendo extra partẽ captã/ ſemp ſit aliã accipere finitũ ꝛuenire. Signũ eſt igitur/ infinitũ potius dici debere id extra cuius quod ſemp eſt aliquid extra accipere. Hoc tamẽ infiniti: et huiuſmodi annulorũ intereſt/ q̃ infiniti ſemper eſt ſcrimen. aliud accipere: nunq̃ p̃tius acceptũ repetendo. nõ autẽ annulorũ. Nã p̃eaccepte partes/ iteratis repetitionibus. ¶ Primũ corꝛelariũ. Quapropter recte poterit diffiniri infinitũ: vt dicaẽ eẽ/ cuius q̃titatẽ accipiẽtib⁹/ ſemp ſit extra aliq̃d accipere. ¶ Scõs vnde ſit vt Parmenides/ totũ vniuerſũ vnũ eſſe et finitũ/ recti⁹ opinat⁹ ſit Meliſſo: ip̃m vnũ et infinitũ eſſe dicente. Nã quomodo/ cũ ſit cui⁹ ſemp eſt aliquid extra accipere: vnũ erit? Et quomodo infinitũ toti continuabile? cũ non omne illum quidẽ/ omni tmo continuet. ¶ Secunda cõcluſio. non recte dicunt/ infinitũ omnia cõtinere/ ꝛ in ſe omnia habere: ꝓpter ſimilitudinẽ quã ad totũ habet et perfectum ¶ Nam potius rationẽ habet partis/ vt materie et imperfecti. Nam vt materia/ potẽtia eſt: et non act⁹. Ita infinitũ/ ſolũ potẽtia eſt: et diuiſiõe/ et appoſitiõe: et nõ infinitũ actu. et ſi totũ eſt infinitũ/ hoc non eſt ſecundum ſe: ſed ſecundum alterũ. vt diuiſiõe/ aut appoſitiõe. que q̃dẽ nõ continet: ſed potius a toto continet. ꝛvt materia q̃ ſpẽs extra habitas accipiat/ ignota eſt: ita infinitũ vt infinitũ/ ignotũ eſt. Habet igit infinitũ potius rõnẽ partis/ ꝛ imperfecti. quapropter nõ recte dixiſſe videnẽ ꝓpter toti⁹ ſimilitudinẽ/ ꝛ perfecti: ipo ola contineri. ¶ Corꝛelariũ. vnde ſit etiã vt Plato q̃ magnũ et paruum/ infinita ponebat et vt materias: incõueniẽter dixiſſet ea ola cõtinere. Nã incõueniẽs eſſet ipſa intelligibilia/ que perfectiſſima et determinatiſſima ſũt: cõtinere. Ignotũ enĩ et ideterminatũ/ cõtinere et determinare nequit. ¶ Tertia cõcluſio. nõ ſine ratiõe euenit magnitudini/ ſcõm paruitatẽ/ in infinitũ abire: ſcõm autẽ nẽ/ in infinitum exceſſũ/ appoſitiõe in infinitũ abire nõ poſſe. Et ecõtra tũ minui: ſed in numeris ad minimũ deuenire/ ad maximũ vero deuenõſẽp creſceniri nõ poſſe. ¶ Nã materia ſub magnitudine clauſa re poſſe ſe cũ ea ſemp preſtat diuiſibilẽ. Atvero/ ſcõm exceſſum

Infiniti ſecũdum antiquos diffinitio.

Vtriuſq; diffinitiõis antiqui falſitas.

Magnitudinem C.

non abit in infinitū. Mā quātacūq; magnitudo sensibil' esse potest: tāta est actu. Nō enim maior celo esse potest. Itaq; magnitudinē secādo/nō occurrit minimū: adijcendo tamen peruenitur ad maximū. Quod vero in numeris cōtra in infinitū augeri: ſ3 multe. Mā binarius/a duobus denominatur vnitatib⁹ nō sēp decrescere posse. et ternarius/a tribus. et ita de reliquis. At vero vnitas quecūq; sit/ipartibilis est scōm numerū. vt vnus homo vnus est homo/et nō multi homines. et numer⁹/ in vnitates secatur. ad minimū igit/in numeris secando deuenitur: apponēdo tamē/semper relinquitur potentia maior. Mā ex partiū magnitudinis decisiōe/ semp crescit: nō quidē/ qz sit huiusmodi infinitas actu/sed potētia et semper fieri: sicut tempus et numerus temporis. Et q̄uis infinitū potētia/et motui/et magnitudini et tēpori conueniat: nō tamē intelligi debet/ vt quedā natura illis existēs: sed magnitudo suapte natura/ hoc modo infinita esse videtur. et per eā mot⁹/ generatio/ corruptio/ alteratio: quia illi cōiuncti sunt: et temp⁹/ per motum. Hec tamen posterius euadent manifestiora.

OCTAVI CAPITIS NOTE

¶ Intrinsecus/terminus corporis: superficies cōuexa.

OCTAVVM cap. continet ser rationū primū capitis solutiones.

Prime rationis solutio. ¶ Prime rationis solutio. tēpus et motus infinita sunt potentia. et semper i fieri/ posteriore cum priori non manente. et q̄uis illas partes cogitatiōe capiamus: simul tamen non permanent. 46

Secunde solutio. ¶ Secunde solutio. magnitudo/ nec actu diuisione infinita/ neq; intelligentia in infinitū aucta est: sed vt dictū est potentia infinita.

Tertie solutio. ¶ Tertie solutio. nōvt generationes et corruptiōes aliquādo casure nō deficiant/ ponenda est materia actu infinita. Mā quā portiūculā materie vnā in corruptiōe deponit: alterā/ eandē in generatiōe assumit.

Quarte solutio. ¶ Quarte. falsū est/ omne corpus finitū: ad aliud corpus esse terminatū. Est enī aliquid /suo intrinseco termino/et finitū/et terminatū. Unde aliud est aliquid finiri/et ab alio tangi. qui enī dicūt omne corpus finitū/ad aliquid finiri: volūt intelligere ad aliqd quod tīm tangat. quod nō oportet. Mā vt finiatur satis est (vt dictū est) tīm sua superficie terminari.

¶ Quinte solutio. Quinte solute. huiusmodi intelligētie/ credere incōuenies est. Nonnullos enī ideirco si cogitatiōe atq; intellectu rei excessū/ aut defectū apprehēdo: protinus est rei excessus aut defect⁹. vt si te extra vrbem cogitatione et intellectu effingo: et te ad celū vsq;/ magnitudine excrescere: non primo extra vrbem existis/ et capitis vertice celum cōcutis: sed solū tantus eris q̄tus prius exiteras. Mā esse res/ a nostra cogitatione z intellectu non pendēt. Ita neq; huiusmodi spacium: quod extra celum cogitatu effingunt. Cum enim quis aliquid cogitat/ si ita sit vt cogitat: accidit.

Sexte solutio. ¶ Sexte. non ponere infinitum actu/ nulla incōmoda sequuntur. Nec Matheseos aufert considerationē. Mātio. mathematici/ nec infinito actu/ in suis demonstrationibus egent: nec vtunt. sed q̄tacūq; volūt q̄titate finita. Neq; curāt/ an talis alicubi/ et alicui insit: sed eā quātācunq; volunt/ suis demonstratiōib⁹ aptā: cogitatione effingūt. ¶ Ex his pspicue esse possunt/ rationū superius positarū/ et similiū: solutiones. et quomodo infinitū in materiam/ et causam materialē potius reducendū sit: q̄ in aliarū causarum vllam. Quapropter satis inconuenienter semper ab ipsis dictum apparet. Infinitum continere et terminare. cum forme potius sit continere et terminare.

Tertij Physicorū finis.

PRIMI CAPITIS QVARTI PHYSICORVM NOTE

¶ Quomodo? an perse/ an in alio subsistens? ¶ Materiã loci/ que res sit locus. ¶ Hermolaus/ scandule/ imbricamenta aq; edium: et sunt scandule vt asserculi/ quibus domus integunt. imbricamenta vero/ shilicidia. ¶ Alia natura alterius nature et rationis res. ¶ Elementũ/ id simplex quod rei constituit essentiam.

QVARTVS liber Physicorũ continet decẽ et quattuor capita. Primũ caput. duas cõclusiões/ duas rationes ad primã/ duas ad secundam. quattuor rationes/ locum esse probantes/ et sex ipsũ non esse contendẽtes ¶ Prima ẽclusio. de loco/ si est/ quomodo/ et quid est/ Physica cõsideratio est

¶ Primo. quia omnes Physici/ res naturales existimauerunt esse in loco. Nam quia viderunt ea que non sunt/ vt Hircoceruus et Sphynx/ nusq; esse: crediderunt oia q̃ sũt oportere i loco esse. ¶ Secũdo. quia de motu Physica determinatio est. At motus rebus naturalibus cõmunissimus et primus/ motus est qui secundũ locum dicitur: qui sine loci cognitione deprehendi non potest. Est igitur de loco physica consideratio. ¶ Secũda. Consideratio de loco ardua/ atq; difficilis est. Primo. quia ex proprietatibus loco conuenientibus/ nõ facile est naturam eius (vt paulo post ostendetur) apprehendere. ¶ Secundo. quia ab antiquis/ nichil nobis certum (quod in queste rei cognitionem ducat) relictũ est. determinauerunt quidẽ et de loco: sed oĩa dubitata atq; ppleta relinquentes nichil exquisite perquisierũt

quattuor rationũ locum esse, pbantiũ/ prima.

¶ Quattuor rationes loci esse probantes. ¶ Prima. corpora sibi inuicẽ succedunt: vt vbi prius erat aer/ modo sit aqua. At in quo ita sibi succedunt/ locus est: vtrius q; successiue receptaculũ. Sicut volium successiue diuersos liquores recipiens. Est igitur locus. et non modo est: sed et est a quolibet eorum: que alternatim suscipit/ alterũ ¶ Scõa vnũquodq; Physicorũ corporũ nõ phibitũ/ in suũ locũ fertur. vt ignis sursũ/ terra et grauia deorsũ: in quo lata cõseruantur. Est igit loc⁹: et non modo est: verũ vim quandã locatorũ cõseruatricem retinet. Cuius differẽtie sunt sursũ/ deorsũ/ ãte/ post/ dextrũ et sinistrũ. Que aliquando ad nos relatione facta sumũt. vt quod mihi sursum est: si scandulas conscendero/ fit sursum. et quod deorsum: si eliuũ descẽdero/ fit sursum. et quod ante: me ad oppositũ verso: fit post. et quod mihi est dextrum: si me vertero fiet sinistrum. Sed hec in natura non sic sunt/ sed determinata est differẽtia. vt sursum natura/ ad quod leuia (vt ignis) ferri nata sunt. et deorsum/ ad quod grauia (vt terra) natura feruntur. Q̃ hec in natura et nobis non similiter sint/ ostendunt Mathematica. que cum omniũ confessione/ in loco non sint: ea tamen ad nos et dextra et sinistra/ cogitatione effingim⁹. ¶ Tertia. antiqui vacuum posuerũt/ in quod corpora reciperentur/ et quod locum nũcupabant: quẽ locum tunc dicebant vacuum cum corpore priuaretur. Signum est igitur locum esse. ¶ Quarta. etiã auctoritate vetustissimi Poete locum esse: cõfirmatum est. Inquit enim Hesiodus peruetustus Poeta primũ fuisse Chaos rerũ omniũ receptaculum et locum/ qui videl opinionẽ secutus: quã et altorũ multi: omnia alicubi et in loco esse. Qui si esset locus (vt Hesiodo visum est) mirabilis loci potentia/ que omniũ prima est: et q̃ nõ existẽte/ vt nulla alia sint: necesse est. ipso vero existẽte: nõ idcirco sint alia. Posuit enĩ Chaos (priusq; res cetere essent) primũ. ¶ Sex rationes locũ esse tollẽtes ¶ Pria q; locus nõ sit videtur primo. Quia aut locus esset corpus aut alia a corpore natura. Non corpus: quia cum locus et locatum simul sint/ et locatum in loco recipiat: duo corpora simul essent: qd̃ est impossibile. Neq; alia a corpe natura. nã tres dimẽsiones habere/ soli corpori ppriũ est. At vero locus tres dimẽsiones habet: lõgitudinis/ latitudinis/ et pfunditatis particeps. Nõ ẽ igit alia a corpe natura ¶ Secõ si ponas locũ corpis receptaculum: cadẽ ratiõe et superficiei et linee/ et pũcti ponas locum

Secũdo.

Locorũ differentie.

Tertio.

Quarto.

Sex rõnum locũ nõ esse cõtentiũ/ prima.

Secunda.

cum. Par enim / eadē ratio est. Sicut enī vbi prius erat aqua / postea ponēs esse aerem: etiam vbi prius aqueus superficies / linee / et puncta: et postea illic aeris superficies linee ꝛ puncta. sed puncti nō est assignādus locus: nullā enī dimēsionē habet. igitur neq; corporis neq; alicuius aliorum.

Tertia. ¶ Tertio / quicquid est / aut est elementū / aut ex elementis: quod erverum est / ꝛ de corporeis / ꝛ incorporeis. Nam corporeorū corporea sūt elementa ꝛ incorporeorū incorporea. At locus neq; elementum neq; ex elemētis est. Nō enī incorporeorum: neq; ex incorporeis et intellectualibus elemētis nulla pdit magnitudo. Nec corpus. nam esset corpora in se recipiens: quod esse nequit

Quarto. ¶ Quarto / qui locum ponunt: causam locato faciunt. Sed neq; materia / neq; species / neq; efficiens / neq; eius finis esse videtur. dicant quā velint. Nō est igit ponēdus

Quinta locus. ¶ Quinto / effica p / ꝛ vigorem suū retinet Zenonis ratio. Si enī posueris locum esse aliquid: sic dictū refellet Zeno. Quicquid aliquid est / in loco est. locum autē aīs esse aliquid. igitur locus in loco est. qui alter locus eadē ratiōe in loco est. ꝛ hoc in infinitū abiret: quod est

Sexta. impossibile. nihil igitur est locus. ¶ Sexto qui ponūt locum: omne corpus ponūt in loco esse / pariter et in omni loco corpus. De rebus igit que augētur ꝛ crescunt / ītū additur corporis tantūdem addere ꝛ loci oportereret: et pariter cū corpore locum crescere. Nā neq; maior neq; minor corpore locus debet esse. quod facile non est videre / quin potius videtur impossibile. Sane igit nō videtur locum esse.

SECVNDI CAPITIS NOTE

¶ Time⁹ / liber a Platōe / aī Timeo loco Pythagoreo sic inscriptus. Res / res naturalis.

Quid locus cōmunis. SECVNDVM cap. continet vnā diuisionē. duas de loco opiniones. vnā conclusionē. et sex ad eam rationes. ¶ Diuisio. Quidā est locus cōmunis / q̄ plura continet corpora. vt aliquid est in celo quia in igne. illic vero quia in aere: in aere / qz in terra. Alius est proprius in quo locatū primo inest. vt locus

6 nihil preter te immediate continens. ¶ Due de loco opiQuid locus p
niones. Prima est / dicentiū locum esse formā. Quia forprius.
ma est que terminat immo est primus rei terminus. Et locus est primus locati terminus: erit igitur locus forma.
¶ Secunda / est dicentium locū esse materiā: quia locus videtur esse distātia magnitudinis: quequidē materia est que a magnitudine altera est contēta terminis ꝛ speciebus / ꝛ que de se finita nō est: a cuius sphera si remoueant species ꝛ termini: nihil pter materiam informē interminā et magnitudinis spaciū relinquit. ¶ Et huius opinionis fuit Plato solus / quid esset locus dicere aggressus. Dicit enī in Timeo materiā / receptaculum ꝛ locum esse idē: ꝛ in dogmatibus que Agrapha nuncupant receptiuū / et locum idē. Et hec ꝛ similia de loco dicta difficilē faciunt eius determinationē. ¶ Conclu- Locū sui lo
7 sio / neq; locus species est: neq; materia. ¶ Primo: quia cati partem
materia et forma a re nō separant, locus autē separat. aut acerubi prius fuit aer nunc est aqua: ꝛ sepe cōtra. quēadmo dēa esse non
dum prius dictū est. igit locus neq; species neq; materia posse.
est. Quapropter etiam neq; locus sui locati pars / neq; habitus / neq; passio erit: est enī separabilis ab ipso toto. ¶ Secūdo locus persimilis est vasi vt cado cōtinenti. vas aut eorū q̄ cōtinet nihil ē / idē neq; locus locati. Nō est igit locus / aut eius species / aut materia. ¶ Et (si a
3 pposito licet digredi) mirabile ē q̄m (q̄s Platonēos dicebat rerū species) nō diceret esse i loco: cū diceret eos materia vt magno et paruo participatiuos: ꝛ materiā in Thimeo dicat esse locum ¶ Tertio quia res in
suos locos feruntur. In suam autem speciem aut materiam nulla res fertur: habēt enī eam intra se. igitur locus neq; species neq; materia est. ¶ Quarto / sursum et deorsum differētie sunt locorum. Nō autem speciei aut materie. igit locus neq; species neq; materia est. ¶ Quinto: si dicas locum speciem aut materiam esse: mouebit
5 loci / et locus in loco erit. Transmutant enī simul cū re et species et materia. et vbi res ipse sunt: ibi pariter assūt: hec autem absurda ¶ Sexto: si locus esset species: cū ex aere fit aqua / perdit⁹ esset locus / pariter et corruptus: nam corrupta est species. hoc autem non oportet:

quia potest aqua in eodem loco in quo prius aer fuerat (vt ipsi cōcedunt) esse. Non est igitur locus/species.

TERTII CAPITIS NOTE

¶ In secundo: ex ¶ Primo/secundū se/idem ¶ Idem esset in seipso primo per accidēs/ cum aliquid primum in ipso esset: in quo etiam primū inesset ¶ Maxima. datis duobus quorū primo: secundū primo inest: quicqd secundo primum inerit aut per se aut per accidens: inerit et primo.

Octo modi quibus aliqd est in altero.

TERTIVM cap. cōtinet octo modos quibus aliquid est in altero: vnam questionē. solutionem. vnam cōclusionem. tres rationes ad cā. t obiectionis Zenonis solutionem. ¶ Octo modi esse in altero. ¶ Primo aliquid dicitur esse in altero/vt pars in toto quēadmodū digitus i manu. ¶ Secūo vt totū i partibus/Non enī preter ptes/torum esse potest. ¶ Tertio/vt species in genere: vt homo in aīali. ¶ Quarto: sicut genus in specie: t superius in inferiori. vt aīal in homine. ¶ Quinto. sicut accidens in subiecto t forma in materia. vt sanitas i calidis/frigidis/humidis/t siccis ¶ Sexto sicut in efficiente vt grecorum gubernatio in grecorum rege. ¶ Septimo vt in fine. quēadmodū diximus omnia in optimo/vt in felicitate esse collocanda ¶ Octauo sicut in loco/scōm cuius similitudinem aliquid est in vase. Et hic modus hoc in loco maxime est ꝓprius. ¶ Questio vtrum aliquid sit in seipso. ¶ Solutio. Aliqd esse in seipso/bifariam intelligi potest. Primo modo. vt sit in seipso primo: cū ipsum et quodlibet sui in eo est: quo modo nichil in seipso est ¶ Secundovt sit in seipso per alterū: vt quia partes in ipso sunt: quo modo aliquid bene est in seipso secundum locutionem (quā Synecdochen vocant) quia eius pars sit in ipso: quēadmodū aliquid dicit albū q: pars eius vt corpus est album. Jā enim album est/cuius superficiei coniuncta est albedo. et aliquis dicitur sciens/ꝙ aīa eius sit sciens: a parte/sumpta denominatione. ¶ Conclusio. nichil est in seipso primo. Primo. q: nihil est in seipso (vt

Quid synecdoche.

Quæstio

Solutio

Zenonis

Quomodo

vinū in seipso/t āphora in seipsa) vt pars i toto. neq; vt totū in ptibus. neq; scōm aliorū modorū vllū. Aſ autē amphora vini/dicak in amphora esse: hoc est denoiatione facta a pte. quēadmodū diximus albedinē/esse i corpore. quia in superficie sit: et sciam in homine/quia sit i anima: t non q: idem sit in seipso primo. ¶ Secundo/ quicquid recipitur in re altera recipitur. Sūt enim rationes diuerse eius quod in aliq̄ est. et eius in quo aliquid est. At vero vinū/est vinū/ et amphora/est amphora. Nō igitur vinū/recipik in vino: vt hmōi. neq; amphora in amphora. hec enim adeo discrepant/vt vinum esse amphoram/t amphorā esse vinum: quorum rationes inter se discrepant et sunt diuerse. Et he rationes/ꝓbant aliquid non esse in seipso primo et per se. ¶ Tertio. ꝙ idem non sit in seipso per accidens primo: vt amphora in seipsa primo per accidens/vt per vinum: patet. quia duo corpora simul essent vt vinum t amphora/quod esse nequit. non igitur erit idem in seipso primo et secundum accidens. ¶ Obiectionis zenonis solutio. ¶ Ex dictis zenonis/obiectionem soluere difficile non est. Cum enim ita surgit: quicquid aliquid est in loco est: Falsum est. Aſ si contendit locum/in aliquo esse: concedimus. sed ex hoc non cōficitur locum esse in loco. neq; locus est in hoc oportere abire in infinitum: quia concesserim locū loco. esse in aliquo vt accidens et passio: t sicut sanitas in calidis et frigidis. Dictū est etiā satis locum esse neq; materiam neq; formam.

QVARTI CAPITIS NOVE

¶ Locus/locus proprius. ¶ Primū/immediatum. ¶ Primum/neq; maius neq; minus. ¶ Latio/secūdū locum mutatio. Spacium dimensio corporibus recipiendo nō cedens. ¶ Quecunq; res naturales omnes.

QVARTVM cap. continet septē loci positiones. duas cōclusiones. tres diuisiones post primam. duas rationes ad secundam. diffinitionem loci et eius declarationē. ¶ Septem positiōes

¶ Prima. locum/eam rem (cuius est locus) continere. 13
Secunda. rei quā cōtinet nihil esse. Tertia. pmū esse locato ⁊ neq; maiorem neq; minorem. Quarta. a corpore locato esse separabilē. Quinta. nō esse locatū sine loco; neq; locum cui desit locarum. Sexta. quecunq; sunt i loco: aut sursū aut deorsū esse. Septima. vnūquodq; Phy sicalium corporum/in proprīū locū natura ferri: ⁊ in eo quiescere natū esse. ¶ His itaq; suppositionibus positis (que omnibus qui intelligentia vigeant recipiende sunt) talem loci diffinitionem quaremus qua oppositā diluantur argumenta: et qua que loco infint/queue nō insint/cognoscamus. ¶ Prima cōclusio motus localis 15
Motū localē antiquos in loci inquisitionē induxisse. in inquisitionē loci homines pmouit. ¶ Sane si nullus motus localis fuisset: nullus locū pquisisset. Arbitrati sūt enim omnes celum in loco esse oportere qvelocissimo motu feratur. Signū est igit motū/ nos in loci pquisitionē mouisse. Et tria augmētatio/diminutio/⁊ latio ad huiusmodi inquisitioem mouerunt. Nā res aucta maiorem locū (q̄ prius) occupat: et diminuta minorem. et quod fertur: cōtinue alterū. ¶ Prima diuisio. 14
Eorum que loco mouentur: quedam per se mouentur/⁊ hec ad loci cognitionem perduxerunt. Alia vero p accidens: que minime ad perquisitionē loci necessaria sūt. 15
¶ Secunda diuisio. eorum que mouentur: quedā vnū actu sunt: quedam potentia. ¶ Tertia. eorum que per 16
accidens mouent: quedā separata nata sunt per se mouere: vt totius partes et clauus in naui. Alia vero non: vt scientia/albedo et alia accidētia. Et hec que actu sūt et per se mouent in cognitionē loci vtilia fuerunt: nō autem alia. ¶ Secunda conclusio/ extremū cōtinētis: ipsum locatum ambiens locus est: nō autem totum contiTi Concl. nens ¶ Primo. quia eius solius extremi gratia: aliqd 17
esse in loco dicitur. vt cur eo in celo? quia in aere. cur in aere? q: i eius extremo te circunquaq; ambiente. Continet enī te tale extremū/neq; tui aliquid est/⁊ tibi primū est neq; maius neq; minus et quod abs te separari potest. Si enī tibi cōtinuū esset: nō esses in eo vt in loco. Nam cum aliquid est in continuo/ est potius vt in toto: vt oculus in capite/⁊ manus in brachio: ad cuius quidē

motionem pars ipsa mouet. vt vinum in cypho et vinū in cado. At vero celum et aer et tota cōtinentia/nō sunt prima neq; maiora neq; minora locatis: non igitur sunt loca. ¶ Secūdo locum esse oportere materiā/formam/ spacium/ aut corporis cōtinentis extremū: horum quatuor alterū omnes cōcedunt. At ipsum esse nō posse materiam aut formā/iam ostēsum est. Et q; spacium non sit videtur: primo quia cuiuslibet rei vt aeris aut aque infiniti essent loci per se. Nam cū aqua fuerit in vase: qua ratione cōcedas totum esse in loco et vas/et aquam vasis/ et quālibet aque partem in loco per se esse cōcedas oportet: et in cuiuslibet rei locis per se abire i infinitū quod omnes cum z enone negare certum est. Nō igitur locus erit huiusmodi spaciū. ¶ Secūdo. si cōcedas huiusmodi spacium cum cōtento (vt cum vase) simul transmutari cum recipiatur in spacio ⁊ nouo loco: erit locus in loco. quod si non cōcedas simul transmutari/accidit idem: omnē locum esse in loco et semper minorē locum esse maioris loci partē. que absurdissima reputant omnes. Fieri igit nequit vt locus huiusmodi spaciū existat. Manifestum igitur est cum locus neq; materia/neq; forma neq; spacium esse possit: vt terminus et extremū corporis cōtinentis relictus sit. Q; locus spaciū separatū esse nō possit

Q; vero cōtendunt locum esse materiam/quia materie sit diuersas formas inse recipere vt albedinē/ nigredinē et similia que in ea quiescunt: hoc locum non arguit esse materiā. Nā vtraq; et locus et quod recipit seiuncta manēt. Non autem vtraq; et materia ⁊ quod recipit seiuncta atq; separata (vt diximus) manent ⁊ cōseruantur. Solutio rōnis pbantis locū esse materiam.

¶ Q; arguūt esse formā q: locus terminꝰ est et cōtinens: ita et forma terminꝰ est ⁊ cōtinēs. Hoc statim diluit: q: locus cōtenti terminꝰ est extrinsecus et cōtinens extrinsecū: forma vero eius terminus est intrinsecus ⁊ cōtinens intrinsecum. Solutio rōnis pbantis locū esse formam.

¶ Q; etiam nitūtur pbare esse spaciū. Quia cum ex vase fundit liquor et aliud subintrat corpus semper inter vasis latera manet idē spaciū preter subeūtis corpora: quod quidē nullo subeūte corpore maneret. Id nos spacium et vacuū natura esse posse negamus. imo vero Solutio rōnis pbantis locū esse spacium.

ne sit: semper nos videre simulatq; vnum corpus aliquē locum exit: eundē aliud subire. Sumunt enim ij qui ita arguunt id quod probare habeant: huiusmodi tamē de loco apparentie eius cognitionem reddiderunt difficilem. ¶ Diffinitio. Locus est corporis continentis terminus/ & extremū immobile primū. ¶ Est enim locus per similis vasi. Hoc tamē interesse videf/ quod vas per se defertur et mouetur: non autem locus. At de se et natura sua immobilis permanet. Cū enim aliquid in altero est qđ defertur/ vt nauis in flumine ipsam de ferente: verisimilius eam intus/ vt in vase esse dicas: q̄ in loco. ¶ Quas propter locus vt vas immobile est. et vas vt locus mobilis. Existimauerūt enim vltimum celi conuexum locum sursum: quo versus/ leuia omnia ferūtur. et terram locum deorsum: quā versus/ omnia ferūtur grauia: quia immobilia sunt. Ex quo quidem locū esse planū quoddam et superficiem apparet: et vt vas continentē. Sed non recte putant. Nam conuexa superficies/ locus non est: sed que circūdans simul cum contenti extremo sit: et que eidem contigua ipsum tangat.

Diffinitio loci. 18

QVINTI CAP. NOTE.

¶ Corpus celeste/ totum quod mundo sensibili supereminet. Ether/ ignis.

QVINTVM cap. cōtinet tres conclusiones. sex rationū/ locū nō esse contendentiū solutiones. ¶ Prima cōclusio. terra/ aqua/ aer/ ignis in loco sunt: corpus autē celeste nō amplius in loco est. Nam omne corpus: extra quod alterū corpus est ipsū continens: in loco est. extra quod vero nichil est: in loco nō est. At extra terrā/ aquā/ aerē/ et ignē alterū corp⁹ est/ eorū quodlibet cōtinēs: extra vero corpus celeste nichil est. Est igit terra/ aqua/ aer/ ignis/ in loco: corpus vero celeste/ non amplius in loco est ¶ Unde globi spherecq; celestes citra globū vltimū circulo torquētur: et semper secundū se totas in eodē loco pmanent: scōm vero suas partes locū egrediūtur et mutant: quēadmodū si partē aque in totā aquā rotari intelligas. Ea vero que nō circulo agunt sed deferūtur: scōm se et suas partes totum mutāt locū: vt leuia et rara si deorsum sunt: sursū ferunt nō phibita: et grauia et dēsa deorsum. ¶ Secūda cōclusio vniuersum/ scōm se totū in loco non est: sed scōm varias eius partes/ in loco varie existit. ¶ Nā extra vniuersum nichil ē: extra eni omne et totū qđ esse possit: vniuersū autē omne et totū est. vniuersum igit scōm se totū in loco nō est. ¶ Q; vero varie secundū eius varias partes in loco existat/ hoc ideo ē quia quedā eius partes actu in loco sūt: vt que seiūcta et separata a circūdantib⁹ tanactu in loco. gunt: quedā potentia vt que toti cōtinua a cōtinente circūquaq; tangi nequeūt: separata vero possunt. quedā ploco se vt que actu in loco existunt/ auctū/ et diminutū. quedā p vero per accidēs: vt accidētia/ aia: celeste corpus: quod se in loco. ab eius parte et inferioribus globis (qui circulo torquē tur) i loco esse denolantur. Varie igitur vniuersum/ secūdam varias eius partes actu/ potētia/ per se/ p accidēs: co. in loco existit. ¶ Tertia conclusio. Celeste corpus (cuius extra alia corpora sit ea cōtinens) non tamē scōm se totum eorū locus esse potest. ¶ Nā locus/ corpis cōtinentis extremū est imobile: erit igit nō totū celeste corpus sed extremū ei⁹: corpus et tērū circūquaq; tāgēs/ locus. ¶ Est eni terra in extremo circūdātis aq̄ vt in loco sita/ Aqua in extremo aeris/ Aer in extremo etheris/ Ether vero in extremo tangente et contiguo celestis corporis: corpus autē celeste nō amplius in loco est. ¶ Sex rationum locū nō esse cōtendentiū solutiones. ¶ Prime solutio. Locus nō est corpus/ neq; ei tres cōpetūt dimensiones Est enim (vt dictum est) terminus/ planum/ et superficies quedā. Unde fit vt non cōficiatur ideirco q; locus est: duo corpora simul esse/ ne q; vt spaciū et dimensionem lōgitudinis/ latitudinis/ et pfunditatis capacē cōcedere cogamur. ¶ Secūde. Puncto/ linee/ superficiei per se nō est locus vt dictū est: sicut neq; aliorū accidentiū. Neq; eadem (vt corporum a loco circūquaq; cōtentorū) militat ratio. ¶ Tertie. locus est elemētorū et corporeorū. Non quidem quia ex ipsis essentia constet/ neq; corpus sit: sed quia elemtorū ē corporeorum extremū quoddā/ et termin⁹ sit. Unde rōnabiliter corpora naturalia i se

Quō celi sūt in loco. 19

I Concl. 20

II Concl. 21

III Concl. 22

Prime rōnis loci non esse. pbantis solutio.

Secunde.

Tertie.

inuicem natura sita sunt. vt terra ī aqua/aqua in aere/ et aer in ethere:que adinuicem cognata sunt corpora vt in seinuicem cōseruentur. et se tangunt mediāte loco et suis extremis vt adinuicē agant et patiantur. Est enim aqua vt potentia/aer vt forma et actus: ⁊ aqua potētia aer est:sed hoc alias diligētiꝰ exequemur. ¶Quarte. locus locati efficiens est vt cōseruans et vt finis. Illius enim gratia mouetur cum extra fuerit: atq; locus locatum conseruat. ¶Quinte. locus non est in aliquo vt in loco:sed vt numerus in finito/⁊ terminꝰ in eo cuius est terminus. Non enim omne quod est/in loco est:sed corpus sensibile. ¶Sexte. nō omne corpus dicimus in loco esse. Nam celeste corpus aut eius vltimū globum in loco esse negamus: ꝙuis omne sensibile corpus in loco esse concedamus. Neq; aucto corpore locū augeri oportet. Est enim terminus cui per se augeri non conuenit. Continens tamen corpus aucto aut diminuto corpore: aliquādo dēfatur/aut rarescit. ¶Hec itaq; de loco/an sit/et quid sit: abundanter dicta sufficiant.

Quarte.

Quinte

Sexte.

SEXTI CAPITIS NOTE.

Vacuum equitur. Vacuū

¶Vtres/vasa quedam ex pellibus animalium consuta vt capiarū:⁊ quecūq; in animali continentur vt stomachus et vesice.

SEXTVM cap. continet duas conclusiones: et ītruor rationes vacuum esse contendentes. ¶Prima conclusio. Consequens de vacuo (vt de loco) Physica determinatio est. ¶Nam locus et vacuum apud antiquos eandem habuerunt fidē atq; incredulitatem. Putauerunt enim idē subiecto:spaciū locum/et vacuū esse: ratione vero differre et plura esse. Nam spacium cum est corpore plenum vocāt locum: cū vero corpore vacat/appellant vacuum. Idcirco Physica consideratio (vt de loco) erit videre an sit quomodo et quid sit vacuum. ¶Secunda cōclusio. Peccat Anaxagoras/ volens vacuum nō esse ostendere. Argumentabitur enī sic:vtres inflati fortiter resistunt: quos vulgus putat inanes ⁊ vacuos. Est igitur aer aliquid (que

26

Antiquorū de vacuo sententia.

24

Prima rō anaxagore.

vacua videntur) replens:non est igitur vacuum. ¶Ite clepsydre obturato superiore ore per iferiora foramina aquam non admittunt:⁊ hoc est/quia aer aliquid est intus resistens: qui nisi egressum habeat aqua subire nequit. igitur vacuum nichil est. ¶His enim rationibus bene contendit aerem esse aliquid: sed ad datum problema non arguit. Nam ostendere habet non esse spacium actu a corporibus separatum/ aut non esse omnibus (vt vult Democritus et Leucippus) insertum/aut supra celum:ipsum et terram ambiens vt vult Lictiensis zeno. ¶Quattuor rationes/vacuum esse contendentes. Prima. Motus localis est. est igitur vacuum. Nā si res per vacuum non moueatur/per plenum moueatur necesse est. corpus igitur locatum/per corpus mouebitur ⁊ duo corpora simul erūt:quod est impossibile. Nam si duo: et plura duobus simul erunt et in paruo corpore simul erit et maximum. Nam plura parua vnū magnum constituunt/ et in eodem simul plura equalia et inequalia. ¶Hac ratione victus Melissus ꝙ nichil nisi in vacuo moueri queat: nolens concedere vacuum nichil posse moueri dixit. Et consimilem formant de augmentatione rationem:quia oportet alimentum recipi aut in pleno aut in vacuo. ¶Secunda. dolia tantum vini recipiūt/vino in vtribus receptoꝝ:quātum sine vtribus reciperent. Est igitur in vino vacuum vbi se huiusmodi vtres recipiāt. ¶Tertia. vas cineribus plenum tantūdem aque recipit:quārum idem vacuum. Est igitur vacuum in quo aqua excipiatur. ¶Quarta. sine vacuo corpora a seinuicem dissecta et discontinuata esse nō possunt. Liunt enim Pythagorici discretionis omnium rerum causam: esse vacuum et a celo in omnia inspirari: et primum numeros et numerorum vanitates dissungere et discriminari. Est igitur vacuum. ¶Hę sunt rationes vacuum esse contendentes. Postea quid nomine vacui intelligendum est:perquirendū.

Rationū vacuū esse pbātiū Prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

SEPTIMI CAP. NOTE.

¶Priuatū corpore/non repletū corpore/natū repleri.
¶Circuli/orbes/sphere/globi.

SEPTIMVM cap. cõtinet tres conclusiones. duas rationes ad secundã. et quattuor rationum vacuũ esse contendẽtiũ solutiones. ¶ Prima cõclusio. Nõ recte diffinierũt vacuũ/dicentes ipsum esse id in quo nichil est. Nam punctũ est in quo nichil est: non autem est vacuũ. Credebãt enim hi omne quod est: esse corpus et omne corpus alicubi esse. Et hinc fieri vbi nõ esset corpus nichil esse: et vacuũ esse. ¶ Secũda. Neq; recte diffinitur: q̃ sit in quo nullum graue est aut leue. ¶ Hanc diffinitionẽ syllogismo perquirunt hoc pacto. Omne corp9 est tãgibile: et omne tãgibile est graue aut leue: est igit omne corpus aut leue aut graue. Sed hoc incõuenienter. ¶ Primo quia punctũ esset vacuũ consequitur. Nullum enĩ in eo graue est aut leue. ¶ Secundo. quia si quid corpore colorato aut sonoro grauitatis et leuitatis expers sit repletũ: id vacuũ non dicãt haud secus q̃ si quid corpore celesti (quod neq; graue esse neq; leue postea ostẽdem9) repletũ sit: cui tamẽ assignata diffinitio cõpeteret. Nõ recte igit ea diffinitione vacuũ diffinitũ est. ¶ Tertia. Itẽ neq; hoc pacto (vacuũ est in quo non est hoc aliq̃d neq; substãtia corporea vlla) ipm recte diffinitur. ¶ Nã ipsis cõcedẽtib9 hec diffinitio materie cõpetit: et vacuũ dicũt esse materiã. At qui materia a corporib9 separari nõ potest: vacuũ autẽ petunt a corporib9 esse separabile. Fieri igit nequit vt ex hac diffinitione nõ incurrãt contradictionẽ. Recti9 ergo diffinierunt vacuũ/dicẽtes. Vacuũ esse locũ priuatũ corpore. Locũ enĩ et vacuũ sola ratione seiũxerũt: putãtes idẽ cũ corpus exciperet locũ dici debere: cũ vero corpe deficeret idẽ esse vacuũ: sed q̃ nõ sit huiusmodi dimẽsiũ spaciũ rerũ locus/ iã ostẽsum ẽ. Et de hoc/ et q̃ neq; aliis modis ponẽdũ sit vacuũ lati9 futura ẽ disputatio. ¶ Hũc vero rõnes vacuũ esse cõtẽdẽtes diluam9. ¶ Prime solutionis rõnis/ vacuũ esse prosbantis. Vt sit mot9/ vacuo nõ est opus. Et corpora alterarivide mus que vt alterent loco nõ egent. Et ideo iusta obiurgatione arguit Melissus: qui (q̃ non esset vacuũ) nichil posse moueri dicebat. Neq; quidẽ vt sit mot9 localis vacuo opus est. Possunt enim corpora sibi mutuo succe-

Prima vacui diffinitio 26

Secunda. 27

Tertia. 28

Recta vacui diffinitio. 29

Solutio prime rõnis/ vacuũ esse prosbantis.

dere: possunt et circuli locũ nõ mutãdo/ in seipsis mouere: et partes aque/ in aqua rotari. et alia humida in suis locis ipsa nõ egreditia/ vertigine torqueri. Nõ igit q̃ sit vacuũ/ q̃ sit mot9 localis/ efficere possunt. Q; vero de augmentatiõe insultãt: si augmẽtationẽ accipiant p quolibet magnitudinis incremẽto/ et diminutionẽ pro quolibet diminumẽto/ rarefactionẽ et densationẽ sub se continent. Quorũ rarefactio/ nullo subesite corpore fieri potest: sed alteratiõe. vt cũ ex aqua fiat aer. et dẽsatio per subtilitũ corporũ egressũ. vt cũ quippiã exprimit: a q̃ aer aut aqua exprimit. Unde fit/ vt vacuo nõ sit op9 tali augmentatiõi aut diminutioni: ne corpora se pene trẽt atq; plura sit sedeãt. Si vero augmẽtationẽ viuentiũ (q̃ fit alimẽto suscepto) intelligãt: neq; id qdẽ oportet. Si enĩ corpora se penetrarẽt et alimẽti dimẽsiones et resilui corporis simul essẽt: nequaq̃ mai9 redderetur corp9/ neq; si in vacuo reciperenf. sed de hoc ali9 determinandi loc9. ¶ Secũde et tertie. Q; arguũt de dolis et cinerib9, he rones se ipediũt: et se falsas pdentes in auctores retorquenf. Si enĩ dolia q̃tis vtrib9 etvas plenũ cinerib9 min9 vacui habeãt/ q̃ si vtres et cineres non cõtineãt (hoc enĩ p se manifestũ est) et tantũdẽ aut vini aut aque recipiãt/ ac si vtres nõ haberẽt aut cineres: recta rõne effectũ est/ vt vinũ et vtres/ aqua et cineres: se penetrẽt et plura corpora simul existãt. quod tãtopere moliunf defendere esse nõ posse. ¶ Quarte: negam9 corpora interstite vacuo esse dirempta. Neq; Pythagoricorũ testimoniũ recipimus.

Sese et tertie solutio

Quarte solutio.

OCTAVI CAPITIS NOTE

¶ Pond9/ grauitas. ¶ Eque velocia et eq̃ tarda sũt/ q̃ eodẽ tpe idẽ aut eq̃lia pcurrũt spacia. ¶ Id veroveloci9: q9 eodẽ tpe (modo cetera paria sint) mai9 percurrit spaciũ. ¶ Id tardi9/ q9 eq̃li tpe ptransit minus.

OCTAVVM cap. cõtinet vnã cõclusionẽ: et octo rationes ad eã. ¶ Cõclusio. Non est vacuũ priuatũ quoddã corpore. ¶ Primo. Quia qui ralevacuũ introduxerũt: id (vt causa motuũ esset) fecerũt

50

et potissimū motus localis. Hoc autē non oportet. Nā
¶ Cause motꝰ localis rerū materialiū. oēs res naturales/determinatas suorū motuū causas spectatas habēt: vt corpora simplicia/suorū motuū sum et deorsū causas habēt suas formas. Non igit introducendū est huiuscemodi vacuū priuatū: vt motuū assignemus causas. ¶ Secūdo. si huiuscemodi vacuo corpus statuas cā esse nō potest vt sursū feratur neq; vt deorsū. differentiā enī nullā habet aut nature diuersita tem. ād ꝙtum est ex vacuo/aut vbiq; feretur/aut nusq;. vbiq; autē ipossibile est. Non igitur assignandū est tale vacuum vt motuum causa existat. At potius oppositū eius (quod efficere volunt) asserem⁹. si vacuum est (vt volunt) motus localis nō est. potius enī vt motū locā lem interimerent/adducere debuerunt: ꝙ (vt ratiōe mō stratū est) ipsū efficerēt. ¶ Tertio. si esset tale vacuū/ in locis actu in infinitū abirēt. Nā sicut ivacuo/erit totū: et totꝰ partes. quēadmodū et de spacio prꝰ dictū est. ¶ Quarto. Omnis motus/aut naturalis est/aut violē tus. At invacuo/nichil secundū naturā moueri natum est. Primo. Quia non est differentia qua potius huc ꝙ illuc feratur. Secūdo. quia motus scōm naturam/ aut sursū est aut deorsū. vacuū aūt est vt infinitū: i quo neq; sursū neq; deorsū assignari queāt. Tertio. Quia vt nul lius differentias assignare nō possis: ita neq; vacui. est enī vacuū/vt priuatio quedā. Sūt autē loci mutatiōes natura distincte. quare et ea ad q̄ ferunt/natura distin cta. igit neq; preter naturā/et violente. Est enī motus se cundū naturā prior: violentus vero/posterior. Cuicūq; enī motꝰ prior natꝰ cōuenire non est: neq; eidē/posterior cōuenire natꝰ est. Qui igitur tale statuunt vacuū/ oēm interimūt motū: non modo naturalem/sed et violentū. ¶ Quito. videmꝰ. piecta moueri/pjciente non tangen te. Et hoc (vt aliqui volūt) q: diuisū velocissime recipi o cat/et pellendo succedit. Aut q: corpꝰ pariter pulsum/ vt aer (qui ad motū aptior est) ipsū continue pellit. At vacuo existēte/neutra potest esse harū causarum/ vt pi iecta moueantur. quare si volumꝰ saluare motus: neces se est interimere vacuū. ¶ Sexto. In vacuo nullꝰ assi gnare possit causam: cur quod mouet hic potius quie-

scat ꝙ alibi vbicūq;. Quare vnūquodq; qđ mouet/ aut vbiq; natū est quiescere et vbiq; ferri/ aut tollendū est vacuū. Res autē vbiq; natas quiescere/ et vbiq; natas ferri/manifestū est impossibile. Confectū est igit vacuū (quo de agimus) nō ee et de natura tolli debere. ¶ Se ptimo duas causas cognoscim⁹/ quib⁹ mobilia velociꝰ et tardiꝰ mouent. Prima est mediorū (per que mouet) raritudine et dēsitate/ inequalitas. Medio enī rariore mobile velocius (modo cetera paria sint) ꝙ dēsiore mo uetur. Vt aere ꝙ aqua/et aqua ꝙ ceno aut terra. Et cau sa in promptu est. quia rarius mediū et subtiliꝰ/ minꝰ resistit et impedit quod fertur: densius vero et grossiꝰ/ magis. Secūda causa est ponderū aut leuitatū inequa litas. corpꝰ enī leuiꝰ aut grauius corpore minꝰ aut leui aut graui (modo cetera paria sint) velociꝰ fertur. Que vt liquidiꝰ appareāt sit A mobile. B dēsius mediū (vt aqua) quo fertur A. C Tēpus in quo fertur. D equale mediū subtiliꝰ vt aer. E Tempꝰ quo mobile. A medio subtiliore. D fertur. A mobile: tardius fertur per B ꝙ D scōm exigētiā densitatis et resistentie. vt si B duplo densiꝰ et duplo resistēs: D vero duplo rariꝰ et minꝰ resi stens: A per B duplo tardiꝰ mouebit: et tempus C du plū ad E. Et semꝙ ꝙto densiꝰ t magis resistēs medium: tanto tardius mouebit. contra vero ꝙto subtiliꝰ et mi nus resistens: tāto velociꝰ. His itaq; positis sic deduci mus ratione. Quanto corpus mediū magis resistit: tā to tardius. et ꝙto minꝰ resistens fuerit: tāto mobile mo uebit velociꝰ. Et que pportio excedētis medij ad exces sum: talis tēporis ad tēpus. et qualis tēporis ad tēpus et spacij ad spaciū. Ut enī spaciū ad spaciū/ tēpus ad tē pus/et motus ad motū. Q; si nulla pportio excedentis et excessi inuenirī queat: neq; pfecto tēporis ad tēpus ī uenitur vlla. At vero pleni ad vacuū nulla est pportio: vt neq; nichili ad numerū/ et linee ad punctū. Diuidit enim excellens omē/in excessū/ et id quo excedat. Si qđ igit mouerek/nūc in pleno/nunc in vacuo: neq; tēporis ad tēpus esset vlla pportio. At vero oīs tēporis ad om ne tēpus est pportio. Mouebit igit invacuo in nō tēpo re. hoc autē ipossibile. ¶ Octauo sit A mobile. B alte-

¶ Cause velocitatis aut tarditatꝫ mobilium.

A mobile
B spa. duplo dēsiꝰ. C tēpꝰ motꝰ A ī B.
D spa. duplo ra. E tēpꝰ mobile. A ī D.



A mobile in C. B mobile in D et E. C vacuum D spa. triplo dē. E spaciū triplo rari⁹. F tp̄s mot⁹ B in D. G tp̄s mo. A in C ⁊ B in C

rū et oīno equale. C vacuū. D tantū plenū. Et moueāt mobilia A B si possibile est: A in vacuo et B in pleno. Si dicas A mobile moueri in C in tempore: hoc statim ostendo ipossibile. Primo. qz ois tēporis ad tēpus ꝓportio est. et que tēporis ad tēpus ꝓportio: eadē spaciꝫ ad spaciū. vt si dupla/dupla: si tripla/tripla: et queuis sit alia. Erit igit ꝓportio vacui ad plenū: quod eē neqt. Secūdo. si ꝓportio vlla sit vt exēpli causa tripla (quācunqz aliā posueris idēvaluerit) effingo E spaciū plenū equale spacio D triplo subtilius atqz triplo minus resistens: per quod moueāt B. triplo mouebit velociꝰ per E ꝙ D. quare et tēpus D triplū tempori E: et equaliter equalia mobilia per equalia spacia/alterū vacuū/ et alterū plenū/mouebunt. Et nōmodo hoc incōmodi seqtur: sed ervacui et pleni C et E ad D plenū eadē erit ꝓportio: que manifesta iposs. bilia sunt. Igit mouebit in non tēpore: qō cū iterū sit ipossibile/relinquit ipsum in E moueri nō posse. Cōfectū est igit ꝓpter qō ponebāt vacuū (ponebāt enī ꝓpter motū locale) propter id neqz poni debere neqz esse posse.

NONI CAPITIS NOTE

¶ Dimensiones se penetrarēt: si eundē situm in scinuicē habētes: quicqd occupat vna/occuparet et reliqua. ¶ Cubus/est corpus equā longitudini latitudinē et ꝓfunditatē retinens: qualia sunt que tesserarū figuram habent. ¶ Cyathus/vasculū potorium ¶ Dimensus/dimensio.

ONVM cap. cōtinet duas ꝛclusiōes. tres rōnes ad primā. tres ad scōam. ⁊ xuthi rōnis solutionē. ¶ Prima ꝛclusio. vacuū vt separatū spaciū ⁊ dimēsio minime est. ¶ Pri⁹ enī nō eē hmōi separatū spaciū diximus. et idcirco recte dictū vacuū ꝙ rei (ꝙ qua capi possit) nomen vacuū sit et inane. Jd tn adhuc Dimensionū his nitimur ostēdere ratiōib⁹. ¶ Prima. dimensiōes penetrationē se penetrare nequeūt: vt corpus/corpus alterū. vt si ponem non posnas cubū in aqua: tantūdē aque cedere cubo liquido se esse perspicimus: et ita si ipsum in aere locas: ꝗus hoc vsq

31

adeo sensui manifestū nō sit. Et hoc est ne dimēsiones ⁊ corpora se penetrent. Igitur et eidem cubo in separato vacuo sito/tātūdem dimensionis vacui cedere oportet. alioquin dimēsiones et corpora se penetrant. ¶ Si due dimēsiones et duo corpora se penetrant: cur se non penetrēt tria/quattuor/imo et omnia? par eadēqz militat ratio. que sunt impossibilia. ¶ Si forte dicas corpus penetrare posse vacuum/quia nihil sit tale vacuū: hoc nos ipsi vloumus: et nomē vacuum et natura/et re subiecta vacuū ⁊ iane bene reputam⁹. ¶ Si dixeris corpora posse penetrare vacuū/quia neqz graue neqz leue vacuū est: subterfugiū est. Hā ꝗus intelligas ligneū cubū caliditate/frigiditate/grauitate/leuitate/et ceteris accidētibus (remanente dimensione) spoliatum: tantundē aq occupabit. atqz cum ceteris accidentibus: et tātundem aque ei cessurum est. Occupat enī locum non quidē qz calidum frigidum/graue/aut leue: sed quia tanti (qui relictus ponitur) dimensus. Sed quo differet tum cub⁹ et cubi dimensio a tanto spaciꝫ quod cōfingunt? ¶ Secunda. si esset hmōi spacium/⁊ in se recepta cōseruaret: nō opus esset altero extrinsecus circūdante: qō th oīb⁹ naturē entib⁹ cōplorarū est eē. ¶ Si nō saluet/qd eo nature opus est? Non enim vt locus sit. Nam alium/natura rebus prouidit locum. neqz vt saluet neqz ob aliud dc ꝑesse videtur. Non est igitur tale vacuum vt separatum spacium in rebus locandum. ¶ Tertia. tactu corpora in mūdo decernuntur. vt aer/vt aqua. sed vacuum nusqꝫ apparet/neqz in aere/neqz in aqua: etiam si pisces ferret esset/ne sentirēt quidem. Exulat igitur huiusmodi vacuum a natura explosum: et quod nusqꝫ comparere audeat. ¶ Secunda conclusio. item neqz vacuū corporibus immersum/ponēdū est ¶ Existimauerunt enī aliqui propter rarū ⁊ densū (que ex corporis cōpressione/et compressi iterata ampliatione percipiūtur) oportere esse quedam minutula vacua: que ervacuū corpori⁹ b⁹ imersū dicebant. quod nisi esset (vt xuthus dicebat) oporteret totū mūdū turbari ⁊ fluctuare aliqū rarefacto aut semꝫ ex equali vt aeris Cyatho equale vt tātundē aque generari: aut nunqꝫ quicqꝫ aut rarefieri aut ꝛdēsa

32

xuthi de vacuo sententia.

ri. Sedq nō oporteat huiusmodi vacuū esse his paucis ostendimus. Nam ipsum primo spacium esse separatū rationes eedē (q superius facte sunt) vetāt. Neq; erit vacuum nō separatum. ¶ Primo quia huiusmodi vacuum ponunt vt causa motus sit: causa autem motus esse nō posset nisi sursum. Est enim (vt aiunt) raritatis et leuitatis causa/que solum sursū ferūt: vt ignem ocyssime ferri sursum (q rarissimus et leuissimus sit) credunt. Atvero vt saluent huiusmodi motum non oportet ponere ipsum. Nam dicant cur graue mouetur deorsū? si dicant natura et id de leuibus dici poterit/ non ponendo vacuum. ¶ Secundo. quia tale vacuū moueret corpora quib⁹ esse imersū: vtutres corpore clausi corpus ipsum fundo aque perlutū: sursum euehunt. mouereK igitur vacuū et vacuo altero reciperek. Sed quo ferri potest: et quomodo in loco recipi potest. ¶ Tertio. si ponūt ipsū per se moueri: oporteret eius motum esse velocissimū: imo nulli motui velocitate cōparabilē. quod esse nequit. Sed esto dicas ipsum non per se moueri: de corporibus que ab ipso moueri dicunt idem accidere contingit. Nam aut ipsorum plenum (cum moueātur) in pleno recipitur. hocaūt esse nequit vt et ipsi cōcedūt Nā corpora se penetrarent. RecipiK igiK semp in vacuo quod nullam ei prebet mouendi resistētiam. Et nichil refert an eorū vacuū in pleno vacuoue recipiatur: quia nihil ei resistere potest. Perinde igiK erit acsi corpora ponas in vacuo moueri. At vero ostensum est corp⁹ in vacuo non posse moueri: aut moueri in non tēpore. Nō est igitur huiusmodi vacuū vllū corporib⁹ immersū in natura ponendū. ¶ Xuthi ratiōis solutio. Soluēda est igitur eorum ratio qua vincunK astruere vacuū corporibus imersum et qua quidem volunt si nō sit vacuū neq; esse raritatem aut densitatem: aut oportere celum turbari et fluctuare vno corpore rarefacto aut cōdensato: aut semp ex equali equale generari vt ex equali aqua/ equalem aerē: et ex equali aere semp aquā equalē: quorum oppositā manifesta cōspiciuntur. vt ex aqua plus aeris fieri. ¶ Dicim⁹ nō esse talevacuū et tamē raritatem et densitatē esse neq; idcirco celum turbari et fluXuthi rationis solutio

35

ctuare oportere neq; semp ex tāto et equali rātū q equale generari. Nā cōtrariorū calidi et frigidi et aliorum eadem est materia: q quidē quod prius est potētia postea fit actu. Neq; alia est frigidi et calidi materia re ipsa sed vna numero ratione vero duo. Similiter eadem est materia rari et densi magni et parui. vt cum ex aere fit aqua. nec aliud dcq; essentia ipsa accipit materia: sed fit actu quod erat potētia ex magna dimēsione paruā accipiēs. Aliquādo cōtra ex parua in amplitudinē surgēs. vt cū ex aqua fiat aer: aut cū maioris molis aer in minorem recidit: aut ex minori in ampliorē iterū exurgit Est enim materia adverūq; in potētia sicut ex calido fit frigida et ex frigido fit calida q aliqn ex magis calido minus calida q ex minus calido iterū magis calida: q ad omnia ista sit in potentia que successiue fiat actu qō prius erat potētia. Similiter si intelligas circuli circūferentiam que continue in orbē artior fiat centrū versus decūbens: eedem sunt ptes deuexe et que intra illū ambitū continentur. Ita eadem continue materia sub amplo et paruo. Item sicut scintille nō est accipere magnitudinē sine caliditate et candore. Sic neq; est accipere materie partem que non extendaK rarefacto corpore q que non densetur et coartetur corpore densato. quia sicut alijs affectionibus eadem materia est: sic et rarefactioni et condensationi q vtriq; (quēadmodū ceteris) est potentia. ¶ Ex his/ ad id quod obijciunt prompta patet responsio: neq; statuendū esse vacuū vt sit leue. Nā leue et molle rarū cōsequūtur: quod statuimus sine vacuo. et graue et durū consequūtur densum. non tamen semper oportet vt quicquid grauius fuerit durius sit. Hoc enī in ferro et plūbo cognoscim⁹ discrepare. q leuitas sursū est motiua et grauitas deorsū. mollicies vero et duricies passiones sunt potius alterationis effectiue et non secundū locū motionis. Nos ergo motū sursum et deorsū q eorū causas saluamus ita dicētes. Introducentes vero vacuū solū motus sursum et eorū causā (sed apparēter quidē) saluabant. Et hec de vacuo abundantius dicta sufficiant.

Graue et durū cōsequūtur densum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De Tempore tractatus
Aucto⁹/s. et vtilissimus.

DECIMI CAPITIS NOTE

¶ Id alterū mēsurat/quod aliquotiēs sumptū/ aut excedit aut equat. ¶ Nunc primo. ¶ Totius celi cōuersio/intelligitur cum motus ipsius ab eodem puncto in eundem punctum fuerit regrediens.

DECIMVM cap. continet tres rationes/ tempus non esse contendentes. quattuor de tempore/antiquorum opiniones. secunde/ tertie ⁊ quarte. reprobatiōes. ¶ Tres ratio- 34
Rōnū tpōnō esse probantiū prima.
nes ꝙ tēpus non sit ¶ Prima. quod constat ex ijs que non sunt: non est. tēpus autē cōstat ex preterito et futuro/ que nō sunt. Nā preteritū/ iam factū abijt: futurū vero nōdū est. igitur tempus nō est. ¶ Secūda. omni cōposito existente/ vt oēs aut alique eius partes existāt necesse est: nulla autē partiū temporis (vt dictū est) existit. igitur neq; tempus existit. esset enī temp⁹ cōpositū. Et esto nūc sit: nūc tamen temporis nō est pars. Nā pars est/ q̄ totū mēsurat: nūc autē tēpus mēsurare nequit/ vt neq; plūcrus lineā/ nō ergo temporis erit pars. Nō enī tēpus
Secunda.
Tertia.
ex nūc cōpositū esse videt. ¶ Tertia. si tēpus est/ cū nunc temporis nō sit pars: est tēporis terminus. videt enim preteritū et futurū determinare. hoc autē videt eē nō posse: quia aut cōtinue eēt alterū ⁊ alterū nūc: aut sēp vnū idēq; manens. Non cōtinue alterū et alterū: q: aut prius maneret cū posteriori. hoc autē nō. Nam plura instātia/ simul eē nō possunt. imo neq; plures tēporis ptes: nisi forte alterā vt plus/ alterā vt min⁹ continētē intelligas. Corrumperetur ergo nūc prius: qđ nō minus impossibile est/ q: nō corrūperetur ī seipso. esset enī simul et nō esset. Neq; in tpe sequēte. nā ptes haberet. Neq; in altero nūc: q: vnū nūc nō simul est cū altero/ vt neq; pūct⁹ cū pūcto: sed inf q̄libet duo/ ē tēp⁹ interiacēs: ī q̄ quidē sūt alia nūc inumerā: cū quibus oporteret simul ipsū nūc prius manere. Neq; semp et nūc vnū idēq; ma-
Nō semp idē nūc esse.
nens. Primo. quia nullius diuisibilis finiti (cuiusmodi aliquod esset assignabile tēpus) tm vn⁹ terminus est Nūc autē est terminus. ¶ Scdo. q: nullū cōtinuū vno

termino cōtentū esse potest: tēpus aūt esset cōtinuum. Tertio. quia ea que facta sunt ante annum millesimū/ simul essent cū his que sunt hodie. Nam in vno eodēq; nūc: que statim īpossibilia videntur. non igitur est tempus. ¶ Quattuor de tempore opiniones. Prima ē dicentium/ tempus esse celi motū. ¶ Secunda est dicētiū tēpus esse circulum/ spherāq; celestem/ hac ratione moti ꝙ tēpus cōtineat omnia: circulus aūt spheraq; celestis omnia continet. non intelligentes res aliter tempore/ et aliter circulo/ et sphera contineri. Poterāt enī in oppositū illius facilius duci/ videntes quālibet partē tēporis vt preteritū et futurū esse tēp⁹: nō aūt circulū et sphērā. neq; quālibet ptē circuli/ sphereq; circulū esse/ ⁊ sphērā. Et si plures circuli sint et sphere: plura simul eē tēpora. Sed hoc certe stultius est ꝙ vt (q̄ dicit īpossibilia) cōsiderationem (vt rebellantur) requirat. ¶ Tertia est dicentium/ tempus esse totius celi conuersionē. Sed quomō: cū die existente et nocte existente/ tempus nō esset. non enim aut die aut nocte existente/ est tot⁹ celi ꝛuersio. ¶ Quarta est dicentium tempus esse motui idem. Aut quod non recte dicāt/ facile est perpēdere. ¶ Primo. q: motus sūt diuersi: tēpus vero oīm vnū: ⁊ motus solū in ijs sunt quorū sūt mot⁹: tēpus vero vbiq; ⁊ rebus oībus adest. ¶ Secūdo. quia simul motū/ motu velociorem/ et motū motu tardiorē: assignas. non autē tēpus tēpore velocius aut tardius assignare potes. ¶ Tertio. motus velox et tardus/ tempore diffiniunt. Est enī motus velox/ q̄ mobile in pauco tpe multū ptrāsit. Tard⁹ vero/ quo qdē mobile in multo tpe ptransit. parū tempus aūt (adiūgesi iubet aut velox aut tardū) tpe nō diffinias. Nō est igit tēpus aut motui aut mutationi idē Nichil enī hic inter motū et mutationē ī tereſſe ponim⁹

Tertia.
Quarta.

VNDECIMI CAPITIS NOTE

¶ Motus motus localis/ latio. ¶ Nūc primo/ mobile vt id qđ est ad tēp⁹ relatū. ¶ Scdo tēporis/ imptibilis termin⁹ ¶ Numer⁹ pmo/ numer⁹ q̄ numeram⁹/ numer⁹ numerans vt ratio. 1. 3. 4. 5. 6. ¶ Secundo/ numer⁹ numeratus/ Res numerate.

UNDECIMVM cap. continet duas conclusiones. duas rationes ad primã. diffinitionẽ temporis. declarationem. Et triũ rationũ/ tempus non esse contendentium solutiones. 36

¶ Prima conclusio. tempus aut aliquid motus est/ aut sine motu non est. ¶ Primo. nã cũ intelligẽtis motum non capimus/ neq; tempus capimus: quẽadmodũ accidit nobis dormientibus. Cũ enĩ expgiscimur nunc primũ: posterioꝛi nunc iungimus: acsi nullũ inrercessisset mediũ quia motũ interiacentem non percipim⁹. qõ (vt fabule tradunt) accidit Heroibus qui aliquot secula in sardo dormierunt. Signum est igitur aut tempus aliquid motus esse/ aut sine motu non esse. eã nempe simul aut percipimus aut nos simul latent: et temporis sensus cum motus sensu semp coniunctus est. ¶ Secũdo. si scõm coꝛp⁹ omnino q̃escam⁹/ et adoꝛtis tenebris omni officio sẽsus vacemus: solum aĩo motũ aliquẽ cõtemplãtes ꝓtinus occurrit et tempus: imo cum nobis cogitantibus occurrat tempus ꝓtotinus sese animo offert et mot⁹. Quare non mõ tẽpus sine motu nõ est: sed motus aut aliquid motus esse videt. vt qõ a motu seiũgi separariq; non possit. ¶ Secunda conclusio. motus est continuus: simul et tempus cõtinuum. ¶ Mã qõ loco mouetur/ ex quodã mouetur in aliquid: spacio quodam et interuallo medio: et simul cũ magnitudine ꝛtinua attenditur. Est igitur motus (vt spaciũ et mediũ interuallum) ꝛtinuus: qui cum sit continus/ et temp⁹ aliquid ipsius motus cõtinuum erit. videtur enĩ tempus: ꝓius et posterius esse in motu. Unde sicut in magnitudine et spacio/ aliquid est ꝓiu⁹/ et aliquid posterius: ita ꝛ i motu/ aliquid ꝓius est/ et aliquid posterius. Id enĩ motus ꝓius est/ quod magnitudinis respõdet ꝓiori: ꝛ posteri⁹/ quod posteriori. At hoc interest: q: magnitudinis ꝓius et posterius fixa qermanẽt. motus vero ꝓius aboletur/ posterioꝛe succedẽte. Et ꝓius et posterius in motu ꝛ motus idẽ sunt: rõnes autẽ diuerse ¶ Ex his diffinitionem temporis elicimus: q̃ tẽpus sit numerus motus secundum ꝓius et posterius. ¶ Tunc enĩ temp⁹

Tempus nationem motui cõiũgi.

Motum ꝛ tẽpus cõtinuũ esse.

Quid tẽpus 38

intelligimus/ cum in motu duo extrema animo constituam⁹: hoc ꝓius/ illud posteri⁹. inter q̃ mediũ apprehẽdimus: cuius pars ꝓioꝛ atq; pars posterioꝛ mẽte cõcipitur. ꝛ illud est tẽpus. Est enĩ nũc tẽporis terminus et hoc quidẽ suppositio est. Potest et nũc vnũ in apprehẽsionem tẽporis ducere: cũ ipsum vt finis ꝛ exitus vnius sit capim⁹: ꝛ initiũ alteri⁹. Ex hoc enĩ ꝓioꝛis ꝛ posterioris sensus elicit. Mã ꝓius id erit/ cuius nũc exitus fuerit. id posterius/ cuius nũc ponet initiũ. At vero q̃ tempus recte dicat numerus signũ. q: rõne tẽporis plus et min⁹ motui attribuim⁹. Hec autẽ soli numero cõpetũt. Est igit recte dictũ tẽpus esse numer⁹. ¶ Bifariã tamẽ dicit numerus. ¶ Primo. qua quicq̃ numerat ratio. ¶ Scõo. quod numerat: et res ipse numerate. Tẽpus autẽ/ nũerus est q̃ numerat/ ꝛ res ipse nũerate. ¶ Triũ rationũ/ tẽpus nõ esse cõtendẽtiũ: solutiões. ¶ Prime et secunde: tẽpus ꝛ tẽporis partes sũt quõ mot⁹ ꝛ mot⁹ partes. ꝛ sicut mot⁹ cõtinue alt⁹ ꝛ alius: ꝛ tẽpus. ¶ Tertie. ipsum nũc qõ defert/ ipm mobile ẽ: qõ ideo nũc appello q̃ ipm motui cõparatũ sese habeat vt pũct⁹ ad lineam: nichil sua entitate suaq; essentia successionis retinẽs. ꝛ hoc quidẽ ꝓius ꝛ posteri⁹ mẽsurat tẽpus. Et est cõtinue vt idẽ qua vnũquodq; ẽ idipsum qõ est et est vt nõ: quẽadmodũ punctũ quod defert vt lapis aut aliud quicq̃: semp idipsum qõ ẽ idẽ est: rõne vero alterũ. sicut nitũtur Sophiste ostẽdere/ Coꝛiscũ alterũ esse ĩ domo/ et alterũ in theatro. Et in ipso quidẽ nũc vt fert cognoscimus ꝓius ꝛ posteri⁹ ꝛ ex ei⁹ numero conflat tẽpus. Quod enĩ mutabile ẽ scõm ꝓi⁹ ꝛ posteri⁹/ ipm nũc est. Et mot⁹ ꝓpter id qõ mouet est ꝛ loci mutatio ꝓpter id quod fert. Et si nõ sit tẽpus/ neq; nũc est: ꝛ si nõ est nũc/ neq; tẽpus. Sũc enĩ hec simul: vt si nõ sit loci mutatio/ neq; qõ fertur. Et ipm nũc quod fert vt numeri vnitas est que cõtinue cogitatione ꝛ intellectu/ alia: numerũ cõstituit: tẽporis numero coꝛrespõdẽs. Nũc vero capim⁹ et alio modo vt qõ sit tẽporis extremũ ꝛ termin⁹. Unde dictũ est vt magnitudo cõtinua est: et secundũ locũ mutatioꝛis qua ꝛ tẽpus habet vt sit ꝛtinuũ. Et sicut magnitudinis punctũ terminat et cõtinuat vt vni⁹ finis et al-

39

40

Duplex numerus.

Rationũ tẽpus nõ esse ꝛtẽdẽtiũ/ solutiones.

terius principiū: ita et nunc quodāmodo terminat tempus: ⁊ nūc vno vt duob⁹ vtimur. numerus hic tamē/ tē pus nō est. Nā mobile staret ⁊ quiesceret: sed numerus prioris ⁊ posterioris/ mot⁹ inter duo nūc ꝓstitutus: ille est tēpus ¶ Unde fit vt nulla tēporis pars/ euadat ipm nūc: vt neq; linee pars/ euadit punctū. Neq; tempus/ in nunc ⁊ momēta/ vt neq; linea/ in pūcta: sed tēpus/ in tē pora/ vt linea l lineas (que eius sunt partes) diuiditur.

Analogia tē poris ad numerum.

Et ipsum tēpus/ numero quo numeram⁹ maximā gerit similitudinē: q̄uis sit numerus qui numerat. Nā sicut idē numerus plurīū vt hominū/ equorū/ ⁊ canū quo ea numeram⁹ esse potest: ita ⁊ tēpus idē plurīū motuū numerus. Sed ꝙ tēpus sit numerus prioris ⁊ posterioris motus ꝙq; continuum/ plus equo dictū videtur.

DVODECIMI CAP. NOTE

¶ Id dicim⁹ esse in motu/ quod partes partib⁹ motus habet respōdētes: vt actū actui/ atq; potētie; potētiā.

DVODECIMVM cap. ꝛtinet se ptē conclusiones. tres rōnes ad quartā. vnū correlariū ad sextā. quattuor ad septimā. ¶ Prima cōclusio. tēporis/ quodāmodo ē minimū/ quodāmodo vero nō est. Nā numeroꝝ minim⁹ est/ pualitas/ ⁊ numeri minimū: ipsa vnitas. Tempus autē descriptū est esse numerus. Igit tēporis vt numer⁹ est: minimū/ aut duo aut vnū: est. Est igitur tēporis quodāmodo minimū. At vero cū (vt dictū est) tēpus sit cōtinuū/ et cōtinuoꝝ: vt linee nō sit minimū. (Semp enī diuisibilis linea est) tēporis/ vt cōtinuū est: nō est tēpus minimū. ¶ Unde ratione nō caret/ cur tēpus/ multū/ ⁊ paucum/ longū/ et breue/ ⁊ nō velox: ꝓprie dicat/ atq; tardū Nā vtriusq; quātitatis/ et discrete/ ⁊ cōtinue: cōditionē retinet. Ut igitur numerū esse cōsideram⁹/ ipm ⁊ multū et paucū dicim⁹. vt vero cōtinuū est/ longū et breue. Et cū nullus numerus/ ꝓprie velox dicat atq; tardus: ipsū tēpus neq; velox ꝓprie dicim⁹ neq; tardū. ¶ Secunda cōclusio. omniū simul existētiū et vbiq;/ est idem tēpus: ꝓprius tamē tēporis ⁊ posteri⁹ nō idē. ¶ Nam oīa simul

41

42

existētia ⁊ vbi ꝓ mēsurat. vt numerus idē/ centū/ homines/ et cētū equos: quorū alter ē numer⁹ cētū hominū/ ⁊ alter cētū equorū. Et tēpus ē numer⁹/ nō numerās/ sed q̄ numerat secūdū pri⁹ ⁊ posteri⁹: cui⁹ vna pars ꝓpus iā facta ē: aliter a vero futura ē. Uñ oportet semp ꝓpus alterū esse a posteriori. ¶ Tertia cōclusio. Sicut eūdē ⁊ consimilē motū redire contingit: ita ⁊ idē tēpus. ¶ Redeūt enī cōsimilia cōmotiones suas/ ver/ estas/ autūn⁹/ ⁊ hyēs/ quē admodū consimiles mot⁹. Est enī tēpus/ numer⁹ ex priori ⁊ posteriori mot⁹: sumpt⁹ ¶ Quarta. nō solū motum/ tpe metimur: sed ⁊ cōtra/ motu metimur et tēpus. ¶ Primo. Nā tēpus mēsurat motū. ē enī numer⁹ motus: ⁊ dicim⁹ tēpus multū aut paucū/ ī quo mult⁹ mot⁹ aut paucus facer⁹ ē: tēpus hoc pacto mēsurātes. Scōo. q; idē in nūerabilib⁹ accidit. Nā denario numero/ decē equos apprehēdo: et ex denario equorū/ denariū numerum mēte cōcipio: denario/ decē equos mēsurāo: et decē equis ediuerso denariū. nimirū igit et id videri accidere tēpori et motui. ¶ Tertio. mot⁹ comitat magnitudinem: et motū/ tēpus. Merito igitur sic sese habet tēpus ad motū: vt ad magnitudinē/ mot⁹. Ut magnitudo mēsurat motū ⁊ mot⁹ magnitudinē. Nā ꝓfectionē dicim⁹ multā q; via est multa: ⁊ ediuerso viā multā: q; ꝓfectio multa ē. Debita igit rōne ꝓuenit/ vt ⁊ tēpus motū mēsuret: et ediuerso a motu remetiat. ¶ Quīta. res esse in tpe/ ē eas mēsurari tpe. Nā tēp⁹ est mēsura mot⁹/ et ei⁹ qō mouet: quē admodū cubitus alicui⁹ magnitudinis/ magnitudinē mēsurat Ceteras igit res q̄ sūt ī tpe/ mēsurat tēpus: ⁊ eas ee in tpe: ē eas mēsurari tpe. ¶ Bifariā enī pōt aliq̄d esse ī tpe. ¶ Primo. q; tūc sit/ cū tēpus ipsū ē. Sed putare hoc modo quodcūq; ee in tpe/ nichil aliud ē q̄ ī putes celū ee in milio: q; tūc sit celū cū milio est: ⁊ oēs res in oīb⁹. et aliq̄d esse in motu ⁊ loco: q; tūc sit/ cū mot⁹ ⁊ locus est. ¶ Scōo. q; sit in tpevt in numero. Et hoc diducit. q; hoc est aut vt pars/ aut passio. vt vnitas/ par/ impar in numero. Aut vt in cōtinēte er mēsurante: quē admodū res dicimus esse/ cōtineri et mēsurari a loco Cetere igitur res/ cū non dicītur esse in tpe: q; tūc sint/ cū sit tempus. (Nam nichil ꝓprie hoc modo

Quid res ee in tēpore.

Cum vero ab extrinseco nō moueat/ vim intra se latentem ꝛ motiuā retinet: a qua et ipsum mouetur. Putare enī aliquid a seipso moueri qz nullū exteri⁹ mouēs appareat: pinde est atqz si putes (si a c mouet c b ꝛ id te lateat) a b a seipso moueri: imo et c b a seipso. Omne igit quod mouetur vt ab altero moueatur necesse est. ¶ Secūdo. mōstratū est omne qō mouet partibile esse oportere. Si igit quicqz taliū a seipso moueret: et totū a seipso ꝛ partes a seipsis mouerētur. Q; si a seipsis mouerē tur: vna quiescēte alterā quiescere nō esset necesse. Atvero permanifestū est vna parte mobilis vt a c quiescēte: ꝛ c b quiescere: imo et a b. Alioquin cū moueat positū sit a seipso hoc ē a se primū moueri: a c simul staret ꝛ moueretur quod est ipossibile. Omne igitur quod mouet ab alio moueri necesse est. quod enī a seipso mouetur: nullo pacto altero pausante ipsum quiescere necesse est. Q; si pausat altero pausante (vt de toto euenit pausante parte) ab altero moueri est necesse. Et hec ratio de motu secundū locum potissimū sumpta est. ¶ Secūda conclusio. Cū ab exteriore mouēte mobile quodcūqz moueat: qō mouēs ab altero mouēte itidē moueat: hoc in infinitū abire impossibile est. ¶ Primo. quia quicquid tra mouebitur: in loco esse necesse est. In locis autē nō abitur in infinitū. Stabitur igitur tandē in aliquo: quod quidem ab exteriore mouēte nō amplius mouebit. ¶ Secundo. si hunc in modū abitur in infinitum: sit igitur a motū ab exteriore mouente b. et b quidē a c ꝛ c ab ipso d. et hoc pacto in infinitum euadat. quia simul sunt mouens ꝛ quod mouet: cum mouebitur a mouebit b. ꝛ cū mouebitur b: pariter ꝛ c. erit igitur simul motus a ꝛ b et c ꝛ vniuscuiusqz reliquorū. Sit igitur e motus a. et f mot⁹ b. ꝛ g motus c. ꝛ h motus ipsius d. ꝛ sit k tempus motus a. quia e motus a determinatus ꝛ finitus est vt mobile a: et tēpus k finitum erit. et in eodē tempore moueantur a et b et c et vnumquodqz reliquorum: in k igitur tempore finito simul cum a: ꝛ b ꝛ c et vnūquodqz reliquorum mouebuntur. Accidit igitur a b c d mobilia infinita: motu e f g h i in finito tempore k moueri. quo enim tempore a mouetur: ꝛ reliqua omnia consequēter

se habentia (que infinita sunt) moueri cōcessa sunt. Hoc autem impossibile. Et nichil refert An motus a equalis sit An maior aut minor motu b. et ita deinceps. nā semper abibit infinit⁹. Neqz valeat si dixeris primo proba- Remotio latum esse infinitum magnitudine finito tempore moueri tētis cauillis. non posse: non autem numero et multitudine infinita: hic autem de multitudine infinitis agitur que finito tē pore moueri nullum putabitur incōmodum. Nos certe idē putamus incōmodum. Nā cum ea que hoc pacto mouerētur molē corpus habeant: cōtigua sunt et se tāgunt omnia ꝛ et magnitudinē infinitam attollunt attiguam. Quare idē fuerit acsi intellexeris vnam ex a b c d continuam magnitudinē conflatā: ꝛ eam motu infinito et tempore quidē finito moueri. quod est adductum impossibile. Nō igitur hoc erat possibile. Nā possibili concesso nullū accidit impossibile. Item ex nichil refert tales motus vnum motum genere/ aut specie/ aut numero efficere. Genere quidem vnum efficerēt si alicuius vnius generis essent. vt substātie vt quantitatis. et vnum specie si in ea que eiusdem sunt speciei euaderent. vnum vero numero si mobile numero idem et id secundū quod fit motus et tempus numero idem.

SECVNDI CAP. NOTE

¶ Primū/ proximū. ¶ Motus/ motus accidētalis.

SECVNDVM cap. cōtinet vnā cōclusionem et eius ꝓbationem. ¶ Cōclusio. Primū mouēs nō vt gratia Proxīe mo- Generi. cuius sed vnde mot⁹: simul est cū moto. ¶ Siuēs simul cū mul ea dico inter que nullum intercipitur memoto existit. dium. Et certe id omni proximo mouenti et moto communeest/ Quod patet. quia mot⁹ tres sunt species secundum quantitatē: que augmentum et decrementū dicit/ secundū qualitatē vt alteratio: ꝛ secūm locū que est latio et secundū locum muratio. At inter augēs ꝓmū et auctum nichil interiacet. fit enī aliquo adueniēte. Neqz inter minuēs ꝛ diminutū. nam fit alicuius substractione. Neqz inter ꝓme alterans ꝛ alteratū quod in singulis speciebus facile est intueri. Ea quippe que alterationi

apta veniūt/sensibilia fūt: sonus/silentiū/albedo/nigredo/dulcedo/amaritudo/caliditas frigiditas humiditas/siccitas/lenitas/grauitas/mollities/purities/raritas/densitas/horū media/ et cetera similia quorū sensus existit. ⁊ secundū hec corpus a corpore differre dicere solem⁹. At omniū talium agētia ꝓxima tāgunt passa. vt proxime sonās sonorū/colorans coloratū/dulcorās aut amaricās/dulcoratū aut amaricatū: ⁊ ita in ceteris. Et quot modis inaīa patiūtur: tot modis et aīata pati reperiunt. At hoc nō cōuertitur. Patiūtur nāq; et altera aut aīata scōm sensum: nō autē inaīa et sensus expertia. Ītē secundū sensibiles passiones/ fiunt alterationes. At cū quid scōm ipsas patiat: videm⁹ ois adiuicē ꝓtigua. vt aerē ad visibile corp⁹: qō terminat ad lumē. ⁊ lumē ad visum. Et ita de audibili gustabili/et tāgibili. ē igit ꝓxime alterās omne: simul cum ipso alterato. de latione et scōm locū mutatione vt ꝓxime mouēs simul cum moto existat idē euenit. Nā si a principio intrinseco moueatur: hoc statim notū est: cū inter ipsum ⁊ motū nullū queat assignari mediū. Si autē ab extrinseco ꝑncipio: aut pellit/trahitur/vehit/ aut ī giro torq̄tur. Ad horū enī q̄tuor vllū pulsionē/ tractionē/ vectionē/ vertiginē: et ceteros ab extrinseco mot⁹ factos reducim⁹ oēs. At vero ꝓxime pellēs/trahens/vehens/aut vertigine torquēs: simul ē cū pulso tracto/vecto/aut vertigine acto: vt inter ipsa ꝓxime pellētia ⁊ pulsa/ trahentia ⁊ tracta nullū hiet īterceptū mediū. Est enī pulsio ipsius mobilis ab se abiecto. cui⁹ species sunt impulsio: cū mouēs/ moto non deficit. et expulsio: cum eidē deficiat. et protractio: cū velocior mot⁹ est q̄ nature lati cōpetat. Tractio/ oppositio fit modo. Est enim ad se aut ꝓpinquū alterū: factus motus cum trahens a tracto nō sit separatū. cuius species sunt inspiratio/respiratio/cōgregatio/ et similes. quēadmodum expiratio/aspiratio/sputio segregatio que sub pulsione cōtinētur. Uectio aliquādo motus est per accidens vt cum ad motū vehētis in ipso aut supra ipsum feratur: aliquando fit pellēdo: aliquando trahendo: et aliquando vertigine torquendo. vt in tribus alijs motibus vectionē reperire queas. Uertigo vero ex pulsu componitur et tractu. Est enim cum mouēs hanc partē pellit illam vero trahit. manifestū est igitur ꝓxime mouens simul esse cum moto.

Quid pulsio.
Quid impulsio.
Quid expulsio.
Quid tractio.
Tractionis species
Quid vertigo.

TERTII CAP. NOTE

¶ Figure/secundū dimēsionē: forme vero/scōm figurarū trāslationē et habitudinē sumūtur. ¶ Materia/materia ex qua et denoīationis subiectū. ¶ Eneus/ereus/

¶ Pyramis/figura corporea: cuius inferior est superficies: a qua oēs laterales ⁊ ambientes superficies vna aut plures ad eundē pūctum sursū sūt erecte. q̄ quidem punctus Pyramidis/vertex et conus dicit. Superficies vero lāma (a qua omnes alie erigunt) Pyramidis basis nūcupatur. ¶ Corporea pulchritudo/est debita mēsurarum cōmensuratio. ¶ Turpitudo vero/contra: corū inelegans et incōcinna cōmensuratio. ¶ Incōcinna/natura incōueniens ac indebita. ¶ Perfunctio officium.

Quid Pyramis.
Uertex pyramidis.
Basis pyramidis.

TERTIVM cap. cōtinet quattuor conclusiōes. tres rationes ad ꝓmā. duas ad secundā. et duas ad tertiā.

4 ¶ Prima cōclusio. In formis/figuris/earū acceptionib⁹ atq; priuationib⁹/non cōsistit alteratio. ¶ Primo. q: videm⁹ alterata vt rarefacta et terratio. calefacta/candē seruare figurā: ⁊ eā deperdere nulla re acquisita: vt sola partiū detractione aut sola alicui⁹ deperditione. ¶ Scōo. quod alteratū est/materie nomen ꝓprie retinere videm⁹. vt si sit eos calefactū/ frigefactū aut humefactū: semper eos noīam⁹. quod vero figuratū est/ posteaq̄ figurā acceperit: vt eos statue/ Pyramidis aut lecti: nō ampli⁹ materie nomē retinere solet: sed aut statua/aut Pyramis/aut lectus dicat/ aut statua enea/ Pyramis enea/aut lectus eneus. Nō est igitur scōm figuras alteratio. ¶ Tertio. Incōueniens est dicere/ res ꝓiusq̄ existāt: alterari: vt cū ꝓficiuntur quēadmodū cū homo gñatur. At res ipse simul cum ꝓficiūtur (vt cū domus tectū sumit aut lateres) formā et figurā accipiunt. Nō igitur/ scōm formas et figuras est alteratio: quare neq; scōm earū acceptiones/aut priuationes. ¶ Scōa. vel animi nō neq; in corporis habitib⁹ neq; animi: ꝓpie alterationē est alteratio.

Alterata nō mēmaterie seruant.
Figurata nomen materie mutant.

Scōm figuras nō est alteratio.

locqueris. ¶ Nã corporei habitꝰ in quadã proportione consistunt aut disproportione. vt sanitas in calidorũ/ frigidorũ/ humidorũ/ et siccorum ꝓportione quadã et temperamento. Egritudo vero in eorũ disproportione. Sic est ꝛ de pulchritudine et turpitudine. Atque sic in proportione consistunt ꝛ disproportione secundũ adaliquid sumũtur. scõm autem adaliquid dictũ est non esse motũ. quare neq; erit alteratio. Itidẽ ꝛ animi habitus: vt virtutes et vicia/ secundũ proportionẽ aut discrepantiam sumunt. Est enim virtus/ in mediocritate et equalitate quadã locata. Vicia vero/ in dissonãtia et inequalitate (vt in supabundãtia aut defectu) sita sunt. Itẽ qõ perficit aut ꝑficitur nõ idcirco ꝓprie alterari dicas: vt neq; domũ cui fundamẽtũ iacit aut q̃ itegrit alterari dicis. neq; circulũ dicis alterari qz fiat ꝝmaxie natura potest maxime ꝛ pfectissime circulus. At virtutes potiꝰ sunt pfectiones vt ghiationes quedã. ꝛ vicia earũ labes et corruptele. nõ igitur in corporis habitibꝰ aut animi: ꝓprie alteratio locãda est. Q; vero virtꝰ animi sit impassibilitas quedã: malicia vero passibilitas ei ꝛtraria. q; qz ois virtꝰ moralis circa delectationes ac tristicias et alias animi ꝑturbationes moderãdas versẽt aut actu/ aut memoria/ aut spe: indaginis est alterius discipline.

III Secũdũ habitus intellectiuos nõ est alteratio.

¶ Tertia intellectiue ptis habitꝰ alterationes nõ sunt 6
¶ Primo. qz intellectiue partis habitꝰ vt sciẽtia scõm adaliquid sumi videtur. ¶ Scõo. vniuersalia ex quibus sciẽtie nascũtur: ex particularibꝰ experiẽtia notis colligũtur. ꝛ actus ij q̃ ad intellectũ ꝓtinẽt nullo motu nullaq; alteratione egẽt: vt qui tẽporali pfunctione nõ parentur. Quietudine enĩ ꝛ residẽtia alia scieus fit et prudens. Huius signũ est. dormiẽs/ ebrius/ egrotans/ ifans et senex qui ob motũ ꝑturbationẽ ab vsu sciẽtie impediũtur: quibꝰ cessantibꝰ vt ĩ quiete quodãmodo ꝛ residẽtia ad sciẽtie contẽplationẽ euehunt apti. Et ꝝ̃ quis extante/ fluenteq; tẽpore intelligamus et contẽplemur: propterea arbitrandũ non est nos intelligere aut contẽplari in tẽpore. Simile enim esset acsi dicamꝰ aspectionem et tactũ fieri in tẽpore: cum etiã singulo quoq; momento (nullo temporis interueniẽte beneficio) res ipse

Motus/ sciẽtie acqsitionem ipedit.

Intellectiones nõ fieri in tẽpore.

se tangãt. manifestũ est igit̃ habituũ intellectiue partis
7 animi nõ esse alterationes. ¶ Quarta solum secundũ sen- VIII Gra.
sibiles qualitates ꝓprie sumẽda alteratio est. ¶ Nam ꝓpria sumaneq; secundũ habitus nec per idẽ scõm dispositiões et tur alteratio potẽtias: neq; scõm formas et figuras ꝓprie sumũtur alterationes. relinquũtur igitur solum sumende secũdũ qualitates sensibiles.

QVARTI CAPITIS NOTE

¶ Circulus orbis/ sphera. ¶ Uniuoca/ que eiusdẽ sunt nature. ¶ Equiuoca/ q̃ sunt diuerse. ¶ Equiuoca/ Homonima. ¶ Proxima/ que in eodẽ ghe sũt proximo et quasi similia. ¶ Susceptiuũ quod/ est quod nõ alterius ratione recipit. ¶ Quouero quod alterius ratione medianteq; altero suscipit.

QVARTVM cap. continet vnã questionem. duas cõclusiones. duas ratiões et quatuor cõparabiliũ conditiones post primã. vniꝰ q̃stionis solutionẽ post scõam ¶ Questio. An
8 omnis motus omni motui penes velox et tardũ cõparã-
9 dus existat? ¶ Prima conclusio. non omnis motꝰ omni motui comparabilis existit. ¶ Primo. quia si omqz eq̃ tẽpore omni comparabilis est: vt equevelox dicatur quod mouẽtur eẽ in equali tpe mouentur: erit motus circularis alicui motui recto eq̃lis: ꝛ alicꝫ maior/ ꝛ alicꝫ minor. hoc aũt eẽ nõ põt. Quomõ enĩ erit circulꝰ recte eq̃lis? ¶ Scõo. qz si eq̃velox dicat quod in equali tpe mouetur cum in eq̃li tempore aliquid feratur ꝛ aliq̃d alterek: erit quedam alteratio loci mutationi eq̃lis. quod si ita esset: ꝛ passio equalis esset spacio et longitudini: ꝛ hec maior/ hec vero minor. hoc autẽ esse non potest vt neq; recte circulꝰ equalis. quare neq; alteratio loci mutationi comparabilis. Neq; valet si dixeris qõ circulo mouek velocius aut tardiꝰ moueri oportere: eo qõ scõm rectũ fertur: qz si velociꝰ aut tardiꝰ. ergo et equaliter vt si b circulo torqueatur in tpe a. et c recto feratur in parte a: et idcirco dixeris motum b velocitate minorem: c vero maiorem. Nos vero dicimus motũ circularẽ neq; velociorẽ/ neq;

Lineā rectū circulari nō posse cōparari.

tardiorē/maiorē/aut minorē recto. Nā oporteret circulū et rectū eē cōparabilia scōm mai⁹/minus/et equale. Est enī id veloci⁹/qō in eq̄li tpe spaciū pcurrit mai⁹: et id tardi⁹:qō in eq̄li ptransit min⁹. Et circularis mot⁹ spaciū/circul⁹ est:et recti rectū. At qui crederet mot⁹ eē eq̄ veloces/q̄ eq̄li tpe absoluanť/velociores qui minori/tardiores qui maiori:nihil aliud est ꝙ si credas tēte ambulantē eque velociter aut veloci⁹ currēte moueri. imo et currentē tardi⁹:si pluri tēpore currat. ¶ Cōparabiliū quattuor ꝓditiōes. ¶ Prima. oīa non equoca sūt cōparabilia. vt augmētatio augmentatiōi/ diminutio diminutiōi/albefactio albefactiōi:et ita in ceteris. Nō autē equoca:vt vinū nō est stilo acuti⁹:aut in fidib⁹ postrema Chorda. quia acuties in vino et acuties in stilo et chorda equoca est. et magis alteratio et loci mutatio. Unde fit vt si vini acuties nō dicať penetratu velocior aut tardior acumine stili:multo min⁹ dicē alteratio velocior aut tardior loci mutatiōe. Et si dicas: cadē ratio est acuti in vino et stilo vt qō sensum penetrat: et multi in tpe/circulo/et recto. Dicim⁹ hoc falsū eē:q̄ eē equiuocā q̄uis noīa sint eadē. ¶ Scōa. cōparabilia debent eē eiusdē nature aut subproximo gñe contēra. vt equus et canis genere,prima sunt:et vox et aq̄ nō sunt gñe,prima. ideo nō cōparabilia. Tertia. q̄ nō differant susceptiuo vt quo et qō. vt dulcedo i melle nullo medio suscipiť:dulcedo vero harmonie mediāte voce in susceptiuo recipiť:ideo cōparabilia nō sūt. Sūt itē et homonyma. ¶ Quarta. cōparatiōes faciēde sunt scōm spēm indiuiduā et nō scōm eā q̄ diuidua est. vt colorati diuiditur in albū et nigrū. idcirco nō bene cōparabim⁹ albū nigro scōm colorati. neq̄ rite assignabim⁹ an albū sit nigro magis colorati. ¶ Scōa cōclusio. vt mot⁹ eq̄ veloces dicanť:nō sufficit eos eodē tpe fieri. ¶ Nā alteratio et scōm locū mutatio/eque veloces dicerenť:pariter et motus circularis et rectus:qō est inconueniens. Nō igit vt eodē tempore fiāt sufficit vt dicanť equales ¶ Et si q̄ras:cur nō cōparenť? an quia alteratio genꝰ est aut loci mutatio aut tēpus? Dicim⁹ tēpus:semp idē specie esse:et eundē specie eius partes copulantē Etc.

Cōparabiliū conditiones q̄ttuor

Obiectio

Solutio

Questio

Responsio

mū. sed alterationē et loci mutationē longe genere diuersa esse. imo et ipsa diuersa esse genera:q̄ cōparatiōibus non apta esse dixim⁹. Et species habet alteratio: albefactionē/nigrefactionē/et huiusmodi ceteras secūdū qualitatū sensibiliū species. Et loci mutatio species habet scōm terminos/diuersas:vt sunt mot⁹ sursū et deorsū/secundū spacia vt circularē et rectū/ et scōm instrumenta mot⁹ exequēdi:vt ambulationē secundū pedes/ volatū secundū alas/et similes. Et licet genus vnū sit: in eo tamē multa latent etiā equiuoca:quorū hec valde distantia sunt:hec vero similitudine proxima:ita vt (cū equoca sint) non peripiank. Et (vt sūmarie multa cōplectamur) hec eque velocia sūt / q̄ in equali tpe mouētur ¶ Diffinitio eq̄ scōm eq̄lē magnitudinē/scōm idē spē indifferēs/et moue velocium tū specie indifferētē. Hinc ꝓspicere licet q̄ generatiōes eque veloces dicātur/vt ee que in equali tempore/equali magnitudine/et scōm idē specie indiuisibile (vt homo et equus) fiunt. Ita et corruptiōes/et augmentationes et diminutiones. Et alterationes eque veloces: que in equali tempore secundum eandē specie indiuidua passionem (que neq̄ magis sit neq̄ minus sed equaliter) existūt. vt eorū q̄ i equali tēpore equaliter albescūt aut sanank. ¶ Et si direris scōm qualitatē sumi similitudo:et scōm qualitatem equalitas. Nō igitur alterationes que sunt secundum qualitatem dicentur equaliter veloces aut equaliter esse. ¶ Dicimus cum eas eque veloces dicamus:nos ad tempus inter cetera respicere:et cum eas neq̄ magis neq̄ minus: sed equaliter esse numerum respicimus. Et ita que loci mutationes eque veloces sint intelligas:per que et protinam que velociores et que tardiores secundū vnūquodq̄ mutationum genus sint mutationes/facile cognoscas. ¶ Instantia

Solutio.

QVINTI CAPITIS NOTE

¶ Mouet/mouet scōm locū. ¶ Medietas mobilis/est mobile subduplū. ¶ Nō mouentiū et mobiliū moles quāte sint respicienda sunt:sed mouentiū et mobiliū potentie. ¶ Mediū/ dimidium

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVINTVM cap. cõtinet septẽ ꝓparationũ mouẽtiũ et mobiliũ regulas. ¶ Pria regula. si aliqꝺ mouẽs moueat aliqꝺ mobile aliq̃nto tpe ⁊ aliq̃nto spacio idẽ mouẽs aut eq̃le mouebit mobile medietatẽ ꝑ duplũ spaciũ i eq̃li tpe. ¶ Sit a mouẽs. b mobile. c spaciũ. d tps. manifestũ ẽ ex dictis mouet aliꝺ aliq̃ vi superãte mouet aliq̃nto tpe ⁊ spacio. vñ ex analogia: regula euadere põt vel ꝑ manifestissima. ¶ Scda. si potẽtia mouẽs moueat mobile aliq̃nto tpe ⁊ aliq̃nto spacio: potẽtia eadem aut ei data eq̃lis mouebit mobile medietatẽ per idẽ spaciũ i tpis medietate. ¶ Tertia. si potẽtia mouẽs moueat mobile aliq̃nto tpe ⁊ aliq̃nto spacio: eadẽ potẽtia aut ei data eq̃lis mouebit idẽ mobile ꝑ spaciũ medietatẽ i medio tpe. ¶ Quarta. si virtꝰ mouẽs qꝺcũq; moueat mobile aliq̃nto tpe ⁊ aliq̃nto spacio media virtꝰ mobile medietatẽ eodẽ spacio mouebit ⁊ i eodem tpe. ¶ Harũ oĩm cã ẽ par eadẽq; Analogia. ¶ Quinta. si virtꝰ moueat mobile aliq̃nto tpe ⁊ aliq̃nto spacio: nõ necesse est cãdẽ virtutẽ aut datã eq̃lẽ mouere duplũ mobile ꝑ dimidiũ spaciũ i eodẽ tpe: aut ꝑ eq̃le in duplo tpe. Sit a virtꝰ motiua. b mobile. qꝺ moueat spacio c. in tpe d. ⁊ l duplũ/ mobile b nõ oportet virtutẽ a etiã oĩno l mobile duplũ movere posse. Nã accidit l mobile vi motricẽ a superare. ¶ Sexta. si virtꝰ mouẽs moueat aliqꝺ mobile aliq̃nto tpe et aliq̃nto spacio nõ oportebit virtutẽ medietatẽ idẽ mouere mobile ꝑ dimidium spaciũ i eodẽ tpe aut ꝑ idem spaciũ in duplo tpe. Alioqn si dnãgita sit hoĩes mouerẽt nauẽ: ⁊ tingeret ⁊ vnusquẽcũq; solũ movere nauẽ. Et ex hoc deꝓhendit calũnie zenonis solutio. Argumẽtabat enĩ sic. Si (inqt) modi⁹ milij cadẽs i terrã sonaret: et illi⁹ medietas medietas ⁊ iterũ illi⁹ medietas: ⁊ ita i infinitũ vt minutissima milij ꝑs sonũ ederet. qꝺ est ipossibile ¶ Nõ oportet (qꝺ ꝛ

no ꝓficere itẽdit) si modi⁹ milij aut milliũ cadẽs d sonũ faciat: et medietatẽ sonũ efficere. Nã forte ita erit atq; extenuata ei⁹ ỿt⁹ fuerit: vt medij resistẽtiã nõ superet: et aerẽ nõ dimidiat. neq; cadat. Et ꝓuis pars illa in toto vna cũ reliqs totiꝰ partibus moueret: nõ tñ et actu et ꝑ se mouebat. vt numerus mouẽtiũ nauem et vnꝰ in illo numero. ¶ Septima. si due ỿrutes motiue moueãt aliq̃ mobilia aliquãto tpe ⁊ aliq̃nto spacio: ỿt⁹ ex illis collecta mouebit mobile ex mobilib⁹ collectũ ꝑ idẽ spaciũ et i eodẽ tpe. ¶ Ex analogia (vt cetere) cognita est. Et has ꝓparatiõis mouentiũ ad mobilia regulas applicam⁹ cõsiderãs ad augmẽtationẽ/ diminutionẽ/ alterationẽ/ et reliqs motibꝰ hũc in modũ. Si augmentãs/ diminuẽs/ aut alterãs: augmẽtat/ minuit/ aut qꝺcũq; alterat aliquanto tẽpore/ aliquanta quãtitate/ aut qualitate: idẽ augmentat/ minuit/ aut alterat. duplex dimidiũ in eodẽ tpe. Et idẽ augmentabit/ minuet/ aut alterabit medium in tẽporis medietate. Et dimidia mutatiõe in tẽporis medietate. Et media virtus augens / minuens/ aut alterans: medium auctum/ minutum/ aut alteratũ in eodem tempore reddit. Et non est necesse ipsã posse in ipsius duplum in duplo tempore. Neq; virtutis augẽtis/ minuẽtis aut alterantis medietatem posse in toto. Et si duo mouẽt duovt augmẽtando: et virtus augmentans collecta: duorum ꝯgregatum eodẽ tempore mouebit et virtus diminuens et alterans consiliter. ¶ Et de his hactenus dictum sit sufficienter.

¶ Septimi ℙhysicorũ finis.

PRIMI CAPITIS octaui Physicorum note.

¶ Asseuerant/affirmant. ¶ Perēne ꝑpetuū/perpetuū/quod principio fineq; careat. Principium ⁊ finis durationis. ¶ Vel/etiam.

OCTAVUS Liber Physicorū cōtinet decem cap. Primū cap. vnā q̄stionē. quattuor antiq;rū de motus perpetuitte opiniões. duas cōclusiones et quattuor rationes ad ꝑmā ¶ Questio. An factꝰ sit motꝰ vt ante ipsū nullꝰ oīno ꝑcesserit? an deficiet vt nec vllꝰ q̄dē postea sit futurus? an neq; hoc pacto factꝰ sit vnq̄. nūq̄ue casurus: sed sēp fuerit sēpq; sit futurus vt quidā imortale et sine quiete et vtvita q̄dā oībus rebus natura cōstāt ibꝰ. ¶ Quattuor antiq;rū de hac re opiniões. ¶ Prima est ponētiū infinitos mūdos: quorū quidā cōtinue occidāt/alij vero cōtinue oriātur qui (quia credūt huiusmodi rerū ortus et obitꝰ sine generatione et corruptione fieri nō posse: quare neq; sine motu) motū asseuerāt esse perpetuū. ¶ Secūda ē ponentiū vnū esse mūdū: sed eū perpetuū esse asserentium.

Quattuor antiquorum de mūdi perpetuitate opiniones

anaxagoras ¶ Tertia/est Anaxagore mundū esse genitū ponētis/et motū incepisse: atq; motū neq; mūdū postea interiturā esse. Aiebat enī omnia infinito euo in Chao et confusione delituisse et quieuisse: que diuina mēs aliq̄n incepit segregare/et tūc quoq; mundū et motū incepisse.

Empedocles ¶ Quarta est Empedoclis qui mundū interpollationibus ponit generari et corrūpi. generari quidē/cū lis segreget et diuidat. corrūpi/cū amicitia congreget atq; vniat. Ponit enī litē segregando vnū multa facere: et amicitiā/cōgregando multa facere vnū. Et interuallis medijs (cū neq; lis separet/neq; amicitia congreget) oīa quiescere. Et he sunt opiniones naturaliter loquentiū/et qui motū esse cōfessi sunt. Qui motū nō admiserunt/de hac questione (quod nobis vtile sit) nichil meminerunt. Et certe huius questionis inquisitio nō modo vtilis est ad nature explorationē: sed et ad eam Philosophie ꝓtē q̄ ꝑmū rerū exordiū ⁊ templa tat ꝑmū toti⁹

nature ꝓncipē. ¶ Prima cōclusio. Motꝰ nō incepit ita vt ante ipsum nullus precesserit motus. ¶ Primo. motus est actus mobilis vt mobile est. quēadmodū ptius ostēsū est. si q̄n igitur factus est motus: et res mobiles (quecūq; fuerit ille) ꝑcessisse necesse ē quod vel sine motus diffinitione ꝓcedas. vt si que futura sit alteratio: et alterabile ꝓtiacere necesse est. Et si loci mutatio: loco mutabile. Et si combustio: et cōbustiuū ⁊ combustibile. Aut ergo res ipse mobiles ꝑpetue fuerūt antecedentes aut aliquādo genite. si genite: ergo motus eas ꝑcessit/per quē in lucē sunt edite. Motus igit quē assignabas nō erat primꝰ. Aſ si dixeris res eas eternas atq; ꝑpetuas anteisse: et hoc certe incōmodū videtur: ⁊ (vt a sciētibus dicatur) indignū. Nō igitur motus videtur factꝰ vt nullus ante ipsū antecesserit motꝰ. ¶ Sēo. q: si motiuū ⁊ mobile eterna fuerint: cū hoc moueri posset: illō vero semp mouere: seculis eternis id mobile quieuit et motiuū ipsū nō mouit: factū aliq̄n primū mouēs. Erat igitur causa quietis aliqua. est enī quies/motus priuatio. At vero esse nequit causa quietis vlla/sine motu ꝓtio. Nō igitur vobis primū motum: quāmo omnē motū ꝓceder motus prior. Aſ si dixeris virtutē illā motiuā/ad oppositā posse: vt sciētia ⁊trariorū est et non vt ignis qui rātū calefacit ⁊ nō frigefacit. id dictū parum pondus habere videtur. Nā videm⁹ quecūq; possibilis sunt/mouere et moueri: se cōsimiliter habētia ⁊ prima semp mouere et moueri. Essent enī talia: quare potius alterū semp moueret/et alterū moueretur. Et si ante nō moueret vnū/neq; alterū mouerek: nō sēp in eadē dispositione faerūt/et nunc cū mouet alterū/et alterū mouek. demutatū igitur videtur vnum aut alterū: ⁊ prior incepisset motus eo quē tu ponis primū. vt si hoc nunc est duplū cū ante nō esset duplū: aut ipsū aut ad qđ dicitur duplum/mutatū esse videk. ¶ Tertio. consensus phōrū (vno Platone scilicet excepto qui in Timeo tempus cū celo genitū asserit) est tēpus esse perpetuū. Democritꝰ enī/volēs ostēdere oīa facta esse impossibile esse: ita argumentak. Tempus ꝑpetuū est. igik vt oīa facta sint impossibile est. At si tempus est ꝑpetuū: ⁊ mo-

T. Cornel.

Cauilli exclusio.

tū esse perpetuū oportet. Est enī tēpus (vt ex p̄cedētib⁹ cognitū est) numer⁹ mot⁹ scōm pri⁹ et posteri⁹. Et motus/passio q̄dā et affectio esse videt. Nō est igit modo q̄ dictus est/factus. ¶ Quarto. si dixeris cū Platone tēpus factū et incepisse: eū tēpus sine nūc fcepisse intelligi nō possit. nūc aut omne mediū sit vt vni⁹ finis et alteri⁹ principiū: vt tēpus nūc illud (quodcunq; dederis) p̄cessisse ꝓfitearis oportet. Et ita sēp ꝓcedas vt tēp⁹ sese offerat penne atq; penū. Qui si tēpus pēne est: et mot⁹ perē nis erit atq; ꝓperu⁹. Est enī temp⁹ (vt superi⁹ dictū est) numerus et passio quedā mot⁹. ¶ Scōa. mot⁹ vt ne⁊ fact⁹ incepit: ita quoq; nec⁊ interitur⁹ est vnū vt ne vll⁹ seq̄tur. ¶ Nā quēadmodū q̄ motus ortū cōtentur cogūt ꝓcedere motū: motu primo priorē: ita et qui desitu rum putāt cōcedere oportebit motū citimo atq; postremo motu posteriorē. quia aut eo corrupto res ipe simul corrūpūt aut manēt supstites. si corrūpūt: cū nichil i nichilū corrūpat abibūt i alterū. Hoc āt cē nequ nisi comitāte motu. Erit igit is. mot⁹ citimo et postremo motu (q̄ posit⁹ est) posterior. Si manent supstites: ūsdē que de motus inceptione posita fūt: vrgēdū est argumētis.

7

SECVNDI CAPITIS NOTE

¶ Minor mūdus/homo ⁊ in eius similitudiē vnūq̄q; animal. ¶ Minor mūdus/Microcosmus ¶ Maior mundus vniuersū. ¶ Maior mūdus Macrocosmus.

Anaxagore et Empedocl̄is ꝓbatio.

8

SECVNDVM cap. continet vnā conclusionem. duas rōnes ad eam. tres rōnes nō esse motū perpetuū ꝓbantes. et earū solutiones. ¶ Conclusio. Et Anaxagoras et Empedocles haud cōueniēter mundū esse factū assereret vident. ¶ Primo. quia in nature explanatiōe id sūmopere obseruandū est ne q̄d sine rōne ꝓbet: et ne id causa sumatur: quod causa esse nō possit. Hoc aut in sua ipsa assertione Anaxagoras ⁊ Empedocles nō obseruant: q̄n potius sua dicta figmēto similiora vident. Inq̄t enī Anaxagoras mentē illā infinitis seculis abstinuisse et postea operatā fuisse: sempeq; in futurū operaturā: neq; cām vllā adhibuit. Sic

enī mentē illā infinitis seculis ociosā/ torpentēq; faciebat. Et Empedocles asserit aduenīente lite mundū gñari et aduenīēte amicitia interire: et id cōpluribus alternatisq; vicib⁹ fieri et interpollatim quiescere. Neq; cām amnīolē adducere cur hunc in modū alternētur vices nunc ortus/ nūc obit⁹/ nūc quietis. Debuit saltem Empedocles inducere. Amiciti a est que homines congregat. Inimicitia autem seiūgit ⁊ segregat. Fugiūt nāq; abinuicē inimici q̄re et inuniuerso sic erit. Et huius id insufficiēs fit: visus tamē rationē sequi fuisset. Quoquidē et Democrit⁹ faciebat et eorū que facta erūt causas inquirebat. Eternorū vero et eorū que semp sunt nō amplius volebat nos rationem inq̄rere. quod in pte recte in parte vero insufficienter volebat. Nā triangulū ānguloꝰ tres duobus rectis habere equales eternū est: ⁊ huius cām inquirimus et cām habet principia perpetua. et horum quidē principiorum non amplius causa vlla est. ¶ Secundo. quia nichil in vniuersa natura est qđ aut ratione aut ordine careat. et natura omnibus que natura constant ordinationis causa esse videtur: et semper vnifōrmis similiq; perseuerans ordine nature tenor non aliquando quidem sic: aliquando vero non procedat. vt semp ignis ad superna conscensus: grauium vero motus semper ad ima. At vero Anaxagoras assertio nesua q̄ infinito tempore res quieuerint et postea moueri ceperint: omnem tollit ordinationem. Infinite autem quietis ad motum (quem postea ponit infinitum futurum) nulla ordinatio est. Neq; reddi ratio potest vlla cur tunc factum/cur non prius. ¶ Unde etiam vt Empedoclis dictum minus irrationale videatur. Nam ponit mundum generari/ deinde interire/ et interpollatim medīs interuallis quiescere/ et iterum nasci/ ac oriri: vbi videtur seruatus nature ordo et tenor. Non tamen sufficienter (vt diximus) nulla vsus ratione id astruxit. ¶ Tres rationes motū non esse ꝑpetuum ꝓbantes: pariter et earum solutiōes. ¶ Prima. Omnis motus nō est de quodā in quoddā vt de contrario in contrariū motum infinitū um cōtendens: ēi possibile est: igit nullus motus infinit⁹ ⁊ ꝑpetuus est.

Pulchra mūdi ordinatio.

9

Tres rationes

¶ Secunda videm⁹ es que nunq̄ agitata fuerūt oīno neq̄ secundū se neq̄ suas ptes vt ignis/aer/aqua/ terra insīa pariter ꝛ aīata post hmōi quietē posse incipere motū. quid igitur ꝓhibebit et mundi motū itidē inci pi potuisse? ¶ Tertia. Animalia mouētur post sūmam quietudinē/nullo impulsore. Nō enī vt moueantur e⁹ trinsecū quicq̄ afferre oportet. quid igitur mundū post summā illā (quā Anaxagoras astruit) quietē motū inci pere ꝓhibet? Si id in minore mundo inspicimus: cur nō liceat et in maiori inspicere? Et hec ratio fortiꝰ ꝓsua dere videt. nō tñ has rationes diluere difficile erit.

Prime solutio.

¶ Prime solutio. dicimꝰ nullū motū qui ex cōtrario i suū est cōtrariū/ꝓperem atq̄ peuū esse: sed omnē talem cōtrarijs clausū et terminatū. et non semp numero esse posse vnū et cōtinuū. vt neq̄ idē numero sonꝰ quē Chor da primo icta reddit: et quē secūdo icta. Omnē enī mo tū de quodā esse in quoddā: vt de cōtrario in cōtrariū/ sensibiliū motibꝰ applicari debet. Est enim ꝓter hos alius quidā motꝰ/quē nichil vetabit semp esse vnū ꝛ eū dem/ꝛtinuū/iugem/et perpetuū. vt amplius ex sequē tibus fiat manifestū.

Secūde solutio.

¶ Secūde. nō est incōueniens ea q̄ nūq̄ agitata fuerunt/inchoare motū. De inanimis ve ro nichil mirari dignū est sīve excitenk a quiete/extrin secum motorem habeant appositū: quo absente/q̄escūt ꝛ hoc natura sacra quiete. si violenta fuerit quies: extri seco motū vetante absente/ꝓtinus mouerentur. Et hec ratio videtur querere cām cur aut nō semper quiescant/ aut semper moueantur: sed hoc aliunde fiet exploratū. De animatis autem/ maiorem affert difficultatem: de quibus nūc dicendum est.

Tertie solutio.

¶ Tertie. dicimus animal/ nūq̄ sine naturali motu esse. habet enī semp in se naturalē motū/et nōvnū solū/sed forte multos: quorū ipsum totū aīal/causa non est: sed est intra se deliteſcens omni um horū causa. Et idcirco aīal nō ex oīs motus quiete nullo extrinseco administrāte mouetur: sed ex q̄re mo tus/qui secundū locū est. cuius causa q̄nq̄ cōtingit ab extrinseco: q̄nq̄ ab intrinseco ꝛ a motibus (qui plures sunt) interius/nūc intellectū/nūc appetitū mouentibꝰ. Et certe ostēdit sonꝰ/multos in aīali interiores esse mo

tus: cū eius partes exteriores/ moueri nō videātur. que aliquo inexistente/iterū experrecta surgunt. Ex minori igitur mundi similitudine/non conficias maioris mūdi motū post quietem incepisse. Sed de ijs adhuc ex sequē tibus aliquid apparebit manifestum.

TERTII CAP. NOTE

¶ Immobile pmo. ¶ Locus ꝓprius/locus naturalis. ¶ Aliq̄/res naturales alique. ¶ Caprificus/ silueſtris ficus oīa quibus innascitur loca dissindens ac rūpēs.

TERTIVM cap. vnā diuisionē. tres cō clusiones. duas rōnes ad oprimā. tres ad secūdā. vnum correlariū ad tertiam. ¶ Diuisio. Necesse ē omnia entia aut semp moueri/ aut quiescere/ aut īmobi- lia esse/aut aliqua semp moueri/quiescere/ aut īmobilia esse. Aut omnia aliquādo moueri/ aliquādo quiescere/ aut immobilia esse. Aut aliqua aliquando moueri/ali- quando quiescere/aut aliquādo immobilia esse. Et hec discutere vtilitatem ad ea (que pauloante dicta sunt) af ferri: pariter ꝛ ad presentis operis rursus dubitatorum solutionē et totius absolutionē et completionē. ¶ Pri ma cōclusio. non oīa semper mouenk. ¶ Aiunt enī qui hec astruunt oīa semp moueri: sed motū illum latere sen sum/ neq̄ quo motus semp moueātur determinārt. sed id falsum esse monstratur. ¶ Primo quia natura est prin cipium quietis vt et motꝰ. Ita igitur dicēres principiū negant Physicū. falsum igitur dicūt oīa semp moueri. ¶ Secō. non oīa semp generātur/ aut corrūpūtur/ au- gmētank/ aut diminuūtur/ neq̄ cōtinuātur auctio et di- minutio: sed semp inter auctionē ꝛ diminutionē medīū interiacere oportet. vt si tot gutte aut innascēs caprifi- cus lapidē cauēt: non oportet quālibet guttā lapidē ca- uare et in toto tēpore ꝓcedēte guttā aut caprificū aliqd lapidis abscindere: sed tot cauant simul et nō quelibet. vt tot homines simul trahūt atq̄ mouēt nauē et nō qui libet. Ita ꝛ in auctione ꝛ diminutione. Neq̄ oīa semper alterantur. Primo qꝛ q̄uis id quod alterak in infinitū partiatur: nō idcirco vniuersa tēporis serie alterationē

Diuisio qua drimēbris.

Nō oīa sem- per augeri aut minui.

Nō oīa sem- per alterari.

trahi oportet. Nã pleraq; alterationes veloces et in toto subiecto assecutas vt congelationes perspectas habemus. Secũdo eger in tẽpore sanatur: quẽ postea ꝯ cõualuit ꝛ eo cõpleto tẽpore manifeste a sanatione quiescere perspicim⁹. Est enĩ sanatio vt alteratio. Tertio alteratio est inter terminos cõtrarios. claudit igitur ꝛ nõ infinitũ ꝓcedit. Quarto. videmus lapides tãto tẽpore manẽtes neq; duriores neq; molliores fieri. Signũ igitur est non omnia semp alterari. Et certe qui putat oĩa semper alterari in nimis manifestis errat. Neq; dicere possunt oĩa semp ferri. Primo. quia perridiculũ est credere mõtes et saxa semp deorsum ferri: et ea videri semper in terra manere: ꝛ id nos latere. Secũdo. ignis aer/ aq̃/ terra et pleraq; aliorũ in suis ꝓprijs locis existũt. At vero vnũquodq; in suo ꝓprio loco natura quiescit aut ex eo violẽte detruditur. quiescũt igitur talia ĩ suis proprijs locis. Nõ igitur omnia semp moueri est assruẽ dum. ¶ Secũda conclusio. Nõ omnia semp quiescunt. ¶ Primo. q; quedã moueri sensu vel ꝓspectissima sũt: et hoc illustrius manifestiusq; est ꝙ vt rationẽ reꝙrat. Querere ꝓfecto rationẽ vbi sensus fidẽ faciat: quedam intellect⁹ infirmitas est. ¶ Secũdo. quia q̃ dubitat motum esse nõ modo in Physica: sed alia qualibet sciẽtia trahit errorẽ. q; oẽs quodãmodo motu vtũtur. ¶ Tertio. quia sicut importunitates ad Mathematica principia nichil ad Mathematicũ pertinẽt ita quoq; neq; ea que sunt ad motũ esse ad Physicũ spectat. est enĩ Physica suppositio. et natura principiũ esse motus prius posita est. Ex ijs enĩ intelligis nõ omnia semper quiescere et ne hoc quidẽ modo: sed neq; oĩa semp ĩmobilia perseuerare posse. ¶ Tertia. nõ aliqua semp mouẽtur ꝛ aliqua semp quiescũt. ¶ Quia res nõ semp generãtur aut corrũpũtur: sed simul atq; genite sunt nõ ampli⁹ generãtur. ꝛ fui interit⁹ finis est et termin⁹. ꝛ certe mutationes sunt gñationes quedã ꝛ corruptiones. Que augentur certũ est nõ semp augeri posse/ et que minuũtur non semp minui/ ꝛ que alterantur nõ semper alterari/ ꝛ que ferũtur nõ semper ferũtur. nã in suis locis natura quiescunt. et extra vt moueãtur violẽtus exigitur mot⁹: qui

Nõ oĩa sẽp loco ferri

M. Concl:

Nõ oĩa semper q̃escere.

III Concl:

non semper perseuerat. et cõsimiliter ostẽdas ea nõ semper quiescere vt que aliquãdo oriantur/ aliquãdo occidant/ incrementũ sumant/ atq; decrementum. ¶ Correlarium. vnde fit exploratum aliqua aliquando moueri et aliqua aliquando quiescere.

QVARTI CAP. NOTE

¶ Sistere/ quietare. ¶ Mot⁹ violẽtus est qui fit a prĩcipio extrinseco non cõferente vim passo. ¶ Non conferente vim passo/ ꝑncipio nõ agẽte intrinseco. ¶ Violẽtus/ preter nacurã. ¶ Discretũ/ diuisum/ aliud. ¶ Potentia primo/ potentia remota. ¶ Potentia secũdo/ potentia ꝓpinqua et precipua. ¶ Sphera pila lusoria.

QVARTVM cap. continet tres diuisiones ꝛ duas ꝛclusiones. ¶ Prima diuisio. Eorũ q̃ mouenk quedam secũm se mouenk/ quedã secũm partẽ/ et quedã per accidẽs. Ita ꝛ eorũ que mouẽt. et quid vnũquodq; eorũ sit: prius dictũ est. ¶ Secũda. eorũ que a seipsis mouenk q̃dã a seipsis mouẽtur: q̃ post quietẽ sis mouenk. motũ iniciare ꝛ inchoatũ citra terminũ sistere nullo extrinseco aduenĩẽte q̃unt vt alata. Aliavero ab alio: q̃ id nõ possũt vt inalata. ¶ Tertia. eorũ iterũ q̃ ꝑ se mouẽtur quedã natura mouenk q̃ a ꝑncipio qõ ĩ ipsis ẽ mouẽtur vt alata a seipsis ꝛ a ꝑncipio qõ ĩ ipsis ẽ mouenk. ꝛ grue deorsũ. Alia vero vi ꝛ ꝓter naturã. vt aliquãdo alata et alatorũ ptes ꝛ terra sursũ. ¶ Prima ꝛclusio. In omni motu discretũ diuisũq; ẽ qõ mouek et qõ mouet. ¶ Nã in ijs q̃ vi ꝛ ꝓter naturã mouẽtur statĩ id manifestũ est. mouẽtur enĩ ab extrinseco agitatore. In ijs vero q̃ secũdũ naturã (vt ĩ alatib⁹ q̃ a seipsis mouenk) etiã id deprehendik. Nã mororem habẽt alam int⁹ latẽtẽ vt nauta est intra nauẽ ipsam gubernãs et dirigẽs. De animis autem cũ natura ferantur difficultas affertur. Nã nõ videntur ab extrinseco moueri. Mouerẽtur enĩ vi quadã et ꝓter naturã potius. Neq; a se vt alata. Primo. q; a se ĩalata a seipsis moueri alatorũ ẽ ꝓprijs. Secũdo. q; q̃ a seipsis mouenk seipsis nõ mouent quietare queũt citra terminũ. vt q̃ ãbulat: vt vult et vbi uentur. vult põt nõ ambulare. inalata vero nõ. Tertio. q; q̃ a se

Concl:

ipsis mouenť: ad oppositas ptes seipsis ferūtur. vt aĉta nūc ante/nūc post/nūc sursū/ nūc deorsum/ nūcin dexterū/nuncin sinistrū natura ferunť. Non autē inaīa: vt ignis. solū enī natura sursū et nō deorsum ferť. Sed ijs nimirū nō obstātib⁹: inanimotū discreta ⁊ diuisa sūt et mouēs ⁊ qō mouet. vt eorū pars vna ē mouēs ⁊ altera mota ⁊ patiēs. Et licet extrinseco egeant cū ipsa etiā natura ferank: eorū tamē ipsis ītrinsecū pncipiū vim mouendi ꝑbet ac ꝑstat. Nō tamē (vt rite ꝓbatū est) idcirco a seipsis moueri dicenť. Sed hec adhuc clariora diluci

Inaīata ab altero mouēt tur.

dioraq; euasura sūt. ¶ Scōa. inaīata ab alio mouenť: et alterū atq; alterum mouēs ⁊ motū est. ¶ Nā mouēs aut est ꝓter naturā vt ferreus vectis ⁊ natura grauis quippiā sursum leuās. aut mouēs natura vt actu calidū natura mouēs atq; calefaciēs qō ē potētia calidū. et ita secundū quārū ⁊ vbi. Nā quicqd actu causa est: naturalem vim habet mouēdi ea q̄ potestate talia sūt: q̄le quod mouet actu ē. Cū vero inaīatorū mouēs ꝓter naturā fuerit: manifestū est ea ab alio moueri ⁊ alterū ⁊ alterū esse mouēs et motū. Q̄ si scōm naturā: itidē. nā mouēs erit act⁹: faciēs mobile actu esse aut quantū aut q̄le aut vbi: q̄le ipsum potētia erat. Verūtamē duob⁹ modis dicitur aliqd esse in potētia. Pzimo aliqd est sic in potentia nō quidem vt operek non impeditū: sed adhuc actu egens. quomodo dicim⁹ terrā esse in potētia sursum aut quia ꝑter naturā sustolli/ sursumq; ferri possit aut ī ea generari leuitas. quēadmodū ⁊ ipsa aer potētia ē: ⁊ sicut nondū sciēs potētia est: cōsiderās. Alio modo ita in potētia vt substracto ipedimēto ꝓtin⁹ operek. quēad modū sciens (modo ipedimentū non sit vllū) cōsiderat: et actu calidū calefacit. et hoc pacto inaīata sunt in potentia vt in sua loca ferātur: quotiēs iaceant extra. et in quāto et quali similiter se habet. Et est resistēs et impediens quodāmodo vt mouēs/et quodāmodo vt nō. Nā mouet per accidēs et nō per se vt cū demolitur colūna/ quod illi suppositū erat deorsum ruit. ⁊ dolū qō superposito lapide sub aqua detinetur: amoto/ illo sursū emicat atq; emergit/ et sphera lusoria repcusso/ pariete: ab eo vt resistente per accidens mouetur. Sed ex hīs satis

Bifariā aliquid esse in potentia.

esse clarum arbitramur inanima semper ab alio moueri et alterū atq; alterum esse mouens et motum.

QVINTI CAP. NOTE

¶ Mutatio vniuoca' est cum mobile ad cōsimilē actus mouētis actū mouetur. ¶ Seipsum mouens/cōpletum mouens ab intrinseco motum.

21 QVINTVM cap. cōtinet vnā diuisionē. quinq; cōclusiones. et duas rōnes ad pzimā. ¶ Diuisio. Mouētium quoddā est mouēs tātū ⁊ nō motū ab altero. Et id pzimū ⁊ per se mouēs dicitur. Mouētiū diuisio.

Alterū est mouēs quidē ab altero motū. et eorū quoddam est ꝓpinquius vt quod ē pzimo ūmediati⁹: ⁊ qōdā remoti⁹. verbi causa. vt si hō mouet manū et hō nō amplius ab alio moueak/ ⁊ man⁹ mouet baculū ⁊ baculus lapidē. Hō mouēs pzimū ⁊ ꝓpter se vicerek ⁊ man⁹ ⁊ baculus mouētia scōm alterū: hoc vltimū ⁊ remoti⁹/ illud

22 vero ꝓpinqui⁹. ¶ Pzia ꝛclusio. pmū mouēs posteriorib⁹ magis mouet. ¶ Pzio. q: pmū mouēs posteriora mouet: nō autē posteriora pmū. ¶ Scōo. q: posteriora sine pmo (vt a q̄vim suā mouēdi recipiāt) mouere nō possunt. pmū autē sine posteriorib⁹ mouere potest. Est igit manifestū pzimū mouens posteriorib⁹ magis mouere.

23 ¶ Scōa. oīs mouētib⁹ q̄buscūq; necesse est ad aliqō pzimū decūbere ī q̄ fiat stat⁹. ¶ Nā aut decūbit ad pzimū: aut ꝓcedit in ūfinitū. Nā infinitorū nō est pmū. At eis in infinito vero in ūfinitū ꝓcedere ipossibile ē. decūbit igit ad pzimū ꝓcedi nō

24 qō quidē cū nō ampli⁹ ab alio moueak (q: pmū) in posse. eo stak. ¶ Tertia. pzimū mouens aut ūmobile pseuerat aut a seipso mouek. ¶ Omne enī qō mouet: aut moueri aut nō moueri necesse ē. Si nō mouek: ūmobile. Si autem mouek: aut a se aut ab alio moueak oportet non ab

25 alio nā (vt dictū est) pmū nō esset. Relinqtur igit vt a se moueak. ¶ Quarta pzimū mouēs ūmobile est ¶ Quia quod mouetur aut per se mouek aut per accidēs. Si dicas per accidēs nec; idcirco moueri oportet. Et si scōm accidēs moueretur nō esset necesse moueri. q̄re nec; aliquid aliorū. hoc autē falsum. Nā motū semp esse opor-

Pzimū mouens physicas cum ūmobile esse.

tere prius cõstructũ est. Si das primũ per se moueri: ne
q; hoc quidẽ. Primo nã q̃ p se mouetur ab alio move
ri prius monstratũ est. erit igit̃ mouẽs et nõ motũ neq;
a se neq; ab alio. Nec inuerito aliquid tale existit q̃ mo
uet et nõ mouetur. Quia cũ in aliquo coniũcta reperiã-
tur et vnũ ab altero seiunctũ reperiatur: et alterũ ab al-
tero. Mouere autẽ ⁊ moueri simul cõiuncta reperiũtur
in baculo: ⁊ moueri seiunctũ a mouere vt in lapide. Me-
rito igitur inuenitur et mouere seiunctũ a moueri. quã-
re hec tria erũt: mouẽs tantũ/ mouens et motũ simul/ et
motum tantũ. Hanc ob causam intellectũ Anaxagoras
posuit immobilẽ et separatũ: qui fons/ origo/ principiũ
q; motuũ effectiuũ esset et qui reb⁹ oĩbus esset. Secun
do. q: aut eodẽ motu se moueret ⁊ moueretur vt augẽs
augeretur/ minuẽs minueret/ calefaciẽs calefieret/ do-
cens doceretur sanãs sanaretur/ ferẽs ferretur/ quo ni-
chil ineptius. Aut alio motu mouet ⁊ alio mouet. Sed
quomodo augmẽtans alteratur/ aut alterãs fertur/ nõ
enĩ se sed alterũ moueret ⁊ augmẽtaret: et ipsum quoq;
ab altero moueretur vt ab alterãte ⁊ ferẽte ⁊ hoc abiret
in infinitũ. Nec valet dicas moueri vsq; ad aliqua ⁊ de-
inde reflecti ⁊ recip:rocari. Nã oporteret ipsũ a superio-
re alterãte et ferẽte alterari et ferri. Priora enĩ a poste-
ribus nõ mouentur. Et cũ illud superius atq; prius mo-
uens hoc pacto iterũ moueretur: abiretur in infinitum.
Est igitur primũ mouẽs immobile. Tertio. quia omne
motiuũ esset mobile. vt omne sanans sanabile/ et edifi-
cans edificabile/ hoc autem irrationabile. Quarto. cõ-
cessum est mobile partibile esse oportere. si igitur pri-
mũ mouens moueatur a se (nam ab alio nõ mouebitur.
quia primũ non esset) aut totum mouebit totũ/ aut to-
tum partem aut pars totum/ aut pars partem. Non to-
tum mouebit totum/ Nam aut hoc esset (vt preostẽsum
est) secundũ eundem motũ: et tunc idẽ sanaret ⁊ sanare-
tur/ doceret et doceretur/ ferret et ferretur/ et ita in sin-
gulis. aut secundũ vnum moueret ⁊ secundũ alterũ mo
ueretur: quod etiam esse non posse monstratum est/ hoc
enim abiret in infinitũ. Item quod mouet est actus q̃
mouetur est in potentia. Si igitur totum a seipso toto

Cauillatio-nis solutio.

Quadrimẽ-bris ptitio.

moueret: eodẽ respectu ⁊ actu ⁊ potẽtia eẽ diceret. Est
enĩ q̃ mouet actu tale q̃le mobile potẽtia est. vt q̃ ge-
nerat: actu spẽm habet. ⁊ q̃ calefacit actu calidũ est. ⁊
hoc vbi mutatio vniuoca ẽ. Et ita idẽ ⁊ eõm idẽ erit ea
lidũ et nõ calidũ: ⁊ ita ĩ ceteris. Neq; totũ: partẽ move
bit. nã si totũ partẽ moueret: partẽ haberet ĩmotũ/ et al
terã motã. q̃re pars ĩmota poti⁹ dicẽda/ asserẽda q; ẽ pri
mũ mouẽs et nõ totũ. et pars mota a seipa moueretur.
nã a toto: q̃ nup tãtopere eẽ nõ posse mõstratũ est. Ne
q; pars partẽ eadẽ ratione. Aſ si dicis partes illas vim
mouẽdi recip:rocã habere et cõtra pati: vt quẽadmodũ
vna alterã moueat ita et econtra fiat. hoc nichil prosit.
Primo. ibi nichil primũ mouens: vt quorũ quodlibet
ab altero moueatur: et quorum nullum prius ratione
mouendi potius habeat q̃ sequens et posterius. Secũ-
do. quia primum mouens non contingit moueri nisi a
seipso contingat. ab altero igitur quocunq; mouebit
eõm accidens. quare et bene ĩmobile permanet. Ter-
tio. non necesse est mouẽs cũ mouet cõtra moueri: alio-
quin et calefaciens sẽper calefacit et sanans sanatur: et
ita dessimilib⁹ q̃ plurimis: q̃ aliquãdo prius ꝑ absonis
adducta sunt. Sed primũ mouens (vt sepi⁹ dictum est)
aut ĩmobile perseverat: aut a seipso mouek. Neq; pars
totũ mouebit. Nã pars ea potius primũ mouens dicẽ-
da esset. atq; in eũ relabemur errorem: vt eam ab se mo
ueri cõcedere cogamur. ¶ Quinta conclusio. Necesse est
seipsũ mouẽs cõstitutũ esse ex pte mouẽte ĩmobili: et
parte mota non mouẽte. Nã quicquid mouek: ab alio
moueri necesse est. erit igit̃ aliquid ipsi⁹ seipsũ mouentis
et non ipsũ totũ mouẽs: quod mouebit: et cũ se non mo
ueat (moueret enĩ non ab alio) mouebit alterũ: quod
quidẽ nõ se mouebit. neq; prius acceptũ mouẽs cõtra
mouebit. ꝑpter ea (que superius adducta sunt) incõmo
da. Erit igit̃ aliquid ipsius seipsũ mouẽtis et pars ali-
qua mouens ĩmobilis: et aliqua mota quidẽ et non mo
uens. Et non modo hec requirunturi sed et sufficere vi-
dentur. Esto enĩ a mouens ĩmobile. b motum nõ mo
uens. c mouens et motum. mouens quidem b: et motũ
ab a. ex quib⁹ intelligo a b c cõpositũ seipsum et cõple-

Ratio ducẽs ad ipossibile

Cauillatio-nis q̃futatio

V. Concl.

b a

c

tum mouēs. Si substrahas a: resīduū c b non est se mouens. Nā c mouēs posteriꝰ nō mouebit sine priori. Et si substrahis c: relictū ꝓpositū a b seipsū mouet. Nā a mouebit b mobile. Nō modo igit requiruntur hmōi mouens et motū: sed et ea vt aliquid se mouere dicak sufficiūt et sūt vt cōtactū habētia: alterū in altero diuersū/ distinctūq; situ nō habētia. et ex ipis cōstitutū/ seipsum mouēs dicik: nō quidē q; ipsū totū se moueat et ipsum a seipso toto moueak: sed quia intra se aliqd mouēs et aliqd ab eo motū habeat: q; ꝓtactu et situ īdistincta/ in

Questio. diuisaq; sunt. Sed dubitabis an diuisis a b: pars resi-

Responsio. dua a moueat resīduā partē b. Nichil ꝓhibet sic esse si pars residua ad resīduā partē eandē vim/ mouēdiq; ꝓportionē seruet: quā et totū ad totū. Si non: nichil incō modi resīduū non mouere resīduum.

SEXTI CAPITIS NOTE.

¶ Simplicik immobilia/ q; neq; p se neq; p accidēs mouēri nata sunt.

SEXTVM cap. continet tres conclusiones. tres rōnes ad primā. et tres ad secūdam. ¶ Prima conclusio. Quōdā eē mouēs īmobile ab oī mutatione alienū et p se et p accidēs: aliorū motuum ꝓpetuū et eternū necesse est ¶ Primo. q; sēper motum eē oportet: et nūq; (vt victū est) deficere. Est igik primū mouēs īmobile/ ꝓpetuū atq; eternū: qō hmōi motꝰ causa sit. Et q̄rere an quicqd fuerit eternum moueat tm̄ et non moueak: nō est ꝓsenti attinēs ratiōi. et an tm̄ vnum an plura sint mouēcia simplicik īmobilia/ ꝓpetua atq; eterna: sed de his insequētibꝰ. ¶ Secō. mouētiū īmobiliū qdā sūt q; qnq; sunt et qnq; nō: et q; p accidēs mouentur. vt animaliū et aliarū sensibiliū rerū mortices forme. At sic nō oē mouēs esse potest. et causā aliquā eorū (que hūc in modū aliqn̄ sūt et aliqn̄ non sūt) esse oportet: que nō aliqn̄ sit et aliqn̄ non sit: sed que eterna aliarū ꝓinceps et verū ꝓncipiū existat. Hec autē quecūq; fuerit: primū mouēs īmobile ab oī mutatiōe alienū t p se et p accidēs perenne atq; eternū erit. Hec valet si qs

T. Conclu.

Unū est mouens immobile

27

Mouētiū immobilium diuersitas

Obiectio.

dixerit ipsū ꝓmū mouēs (qō mutationū et mouentiū deficientiū statuik causa) impartibile esse. quod tamet si non generek/ corrūpatur/ aut mutek: quia tamē ipartibile: sine mutatiōe accidet ipsū aliquādo esse et aliqn̄ non esse. Concedimus ipsū neq; generari/ neq; corrūpi/ neq; alia qualiber mutatiōe affici. Nā oē seipsū mouēs molē habere necesse est et esse partibile. et ipsū primum mouens molis et diuisibilitatis expers est. sed idcirco non cōcedā ipsum sine mutatiōe aliquādo esse et aliquādo nō esse: neq; necessitas vlla est: qui ꝓtꝰ oppositū constat. Nā quomodo ōim q; aliquando sūt et aliqn̄ non sunt: causa esset? ¶ Tertio. videmꝰ alia generari et alia corrūpi: et hoc cōtinue. At ꝓpetua hec rerū series et continuatio huiusmodi: principium habet stabile et eternū. Nā principia (que cū ipsis vna oriunk. atq; vna cū ipsis occidūt) huiusmodi eterne serici causa esse non possunt. sed (vt diximus) causa extra hec oīa est: perpetua/ semp stabilis et eterna omniū rerū causa. ¶ Secunda conclusio. id primū mouēs sēper īmobile ꝓsequens et eternū: vnū est. ¶ Primo. quia vnus est primꝰ motus/ cōtinuus et eternus. is igitur qui et eū intēperat motoꝝ primus est: vnus et eternꝰ. Et satiꝰ quidē est hoc pacto existimare vnū primū nature principem. In natura enī meliꝰ respicimus esse finitū: et pluribꝰ finit melius vnū: si ipsū satis/ sufficiēsq; fuerit. Est igitur id primū mouēs sēp īmobile et eternū: vnū. ¶ Secō. motus diuersi non sūt cōtinui etsi cōsequntes. At si nūc mouēs vnū: primū motū cieret et aliquādo mouēs alterū: motus esset diuersi solū cōsequētes et non cōtinui. Erit enī vnus cōtinuꝰ: qñ ab vno mouēte et vniꝰ nature motus fuerit. igik cū primꝰ motꝰ vnus sit cōtinuus et eternus: et primū eius mouēs vnū erit et eternum. ¶ Tertio. quia cū nō oīa sēper moueātur neq; oīa sēper quiescant: verū aliq; aliqn̄ moueank et qnq; quiescāt: vt habentia advtrūq; potentiā/ et aliqua semp moueantur. et q̄cqd mouek ab alio moueri sit necesse: tādē deueniemus ad vnū primū mouēs īmobile: qō quidē neq; a se neq; ab alio mouebik: et qō primo motui aptabik: et futurū alijs motibus causa. Nec animalia eos (qui mo-

Solutio.

Q. vnū est ꝓmū mouens

M. Gal.

28

Solutio obiectionis.

tū perennē et perpetuū esse negant) mouere vllaten⁹ ve bent: que se ex sūma quiete videnk seipsis in motū excitare. Nā id prius dirim⁹ verū non eē sed solū esse vnum motū (vt qui scōm locū est) quo alalia spōte sua et a seipsis mouenk. Ceteros autē augmentū/decrementū/alterationē/spirationē et hmōi nō a se et sua sponte exercent: sed modo naturali vt p̄sente cibo non nutriri ⁊ augeri non possunt etiā si velint. et talib⁹ motib⁹ mouenk quādo quiescūt ab eo: quo ea a seipsis moueri dicunk. ⁊ is plane continuus nō est. Nā interdū dormiunt alalia dū coq̄tur/digeriturq3 alimentū. et tūc a motu illo q̄escūt. quo quidē alimēto digesto et dispersō expergiscuntur et surgunt: et sepe ab ijs que extra sunt excitank ad mouendū. Et oim taliū que a seipsis mouenk : primum mouens mouetur et sibipsi causa mouēdi est per accidens tamē. Nā mutāte corpore locū: et qō in eo est principiū mouēdi/locū saltē scōz accidēs mutare necesse est Quare sit vt si immortal⁹ eternusq3 (vt dictū est) haberi debeat motus: vnū sit primum mouēs oīno immobile.

M.C. Primū mobile vnū esse debere

¶ Tertia. si primū mouēs immortale/sēpiternūq3 habetur: et qō primo ab eo mouek immortale/sēpiternūq3 haberi necesse est. ¶ Nam si sempiternū nō esset sed aliud et aliud mobile agitaret: fieri nō posset vt eius motus vnus et continuus esset cum mobile non esset vnum. sic enim primū illud ac summum semper sui simile manēs eodem motu mouebit. et ab eo immediate motum: alia mouebit: que ad loca contraria et ad diuersas species et formas mouens varie ad ea se habebit/nūc ad quiescens/nunc ad motum/genitum/corruptum. vnde iterum perspecta habetur causa cur non omnia semp moueantur/nec omnia semp quiescāt sed aliqua semp moueantur vt que moueantur a primo simpliciter. Est enī semper idem et sui simile continue manens et primum quod ab eo imediate mouetur. et quedā mouētur a pncipio non simpliciter imobili sed moto: et ꝓpter id aliquādo mouenk et aliquādo quiescūt.

29

SEPTIMI CAPITIS NOTE

¶ Cōcretio/cōgregatio. ¶ Secretio/disgregatio.

30 SEPTIMVM cap. cōtinet tres conclusiones et quattuor rōnes ad secundā. ¶ Prima cōclusio. null⁹ mot⁹ p̄ter motū secundū locū vnus continuus/et eternus esse potest ¶ Manifestū est eni essevnū motū primū qui (q: primū mouens semp continue mouet) continuus erit et eternus: sed eū esse motū scōm locū hinc sumik argumētū. Q: augmētatio ⁊ trarijs cōtinek: nā alimētū priusq̄ argumētatio pficiak/cōplementūq̄ sit assecuta: dissimile et cōtrariū est. Ita et diminutio et alteratio. et vt sit alteratio alterante egemus: quod nunc ꝓpinquius nūc vero remotius existit. Cū itaq̄ scōm tria sint mot⁹: q̄titatē augmētatio/diminutio: qualitatem alteratio: et vbi motus secundū locū: qui et loci mutatio dicik: et ostensum sit nec augmentationē/diminutionē/nec alterationē motum primū esse posse: relinquik igitur motū scōm locum esse primum. ¶ Secunda. motus secundum locum primus est motuū et tēpore et natura et perfectione. ¶ Tempus tēpore et re quidē q: eterna nō eternis tempore sunt priora. hic natura alijs autem eternus est: ceteri autē nō eterni. Natura: q: sine prio: est. alijs constitui potest: alij autē sine ipso minime. Generatio enim (vt placet Democrito) nichil aliud est q̄ secretio: et corruptio cōcretio: que aut motus secundū locū fūt/aut sine eo nō fūt. Et augmētatio nō fit sine delatione cibi ⁊ pot⁹ aut ptiū scōz locū demutatiōe. Et diminutio augmētationē hz pozē. Et alteratio (vt dictū ē) eget alterāte qō q̄dē alterabili (motu scōz locū facto) aptak applicaturq̄. Statuūt⁹ ꝓncipia alterationū oīz vt caliditat⁹/frigiditat⁹/molliciei/duriciei/leuitat⁹ ⁊ gūitat⁹/raritatē ⁊ dēsitatē: q̄ sine motu locali nō eueniūt. ¶ Perfectiōe ꝙo. Cetis pfectiorē statuim⁹ p̄ filo q: pfectissimis corpꝰ aptak. Scdo q: natura ab ipfect⁹ ad pfecta ꝓcedere ꝓpozatū hēm⁹. mot⁹ alt scōz locū nō stati alalib⁹ post ea q̄ i luce edita sūt ꝙuenit: sz ipi tā adult⁹ ⁊ pfect⁹. Generāt ei ꝓus/augēt/⁊ alterank/⁊ vltio icedūt ⁊ ꝓgrediūk Et idē nec plātis nec oīb⁹ alalib⁹: sz pfectis cōuenit. Et si dicas ꝓus dicebas motū scōm locū primū: nunc vero affers postremū. Dicim⁹ ipm i reb⁹ nalalib⁹ singlis po

Motus localis eternum esse

Motus localis ceteris ꝓfectione prior est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sterioꝛē:et oꝛtum ꝛ gñationē ipsū ꝛ ceteꝛos motꝰ alios augmētationē/diminutionē/alterationē/ et coꝛruptionē p̄cedere:sed est alius vniuersi sc̄m locū motꝰ q̄ gñationis ꝛ aliorū motuū causa est quē dixim⁹ esse p̄imū. Ex quo tibi iterū lucide liquet (cū gñatio p̄imꝰ motuū esse nō possit/tū quia oporteret oīa esse gñabilia/ tū qꝛ aliū habet pꝛiorē vt cām) nullū cōsequētē eā p̄mū motū esse posse. vt augmētationē/diminutionē/alterationem et coꝛruptionē. Sūt enī ij gñationē cōsequētes et ea posteꝛiores. Tertio. quia q̄ motu locali mouenť :m inimū a sua substātia/naturaq; decidūt. nō autē sic est de augmentatione cū qua pariter auctū substantiū accipit/diminutione cū q̄ substātiam perdit/alteratiōe q̄ plerūq; res a suo esse demutanť. Quaꝛto iscē motus:nomē motus sibi vendicat solus:vt cū quid ferať ipsū simpliciteꝛ moueri dicim⁹. C Ūvero augeť/minuiť/alterať:specialiꝰ noīe aut noīe motus cū addito vtimuꝛ. Et quod seipsū mouet solū se illo motu mouet. signū est igiť ipsū ceteꝛis p̄stare et dignitatē et p̄fectionē et p̄stabilitatē quandā habere C Tertia. nullus motus nullaq; mutatio p̄ter eam quę secundū locum est: cōtinua est et perpetua. C Hec euidens iā pene facta est: sed hec paulo q̄ p̄ima cōmunioꝛ est:et eadē est ratio:qꝛ oīs alia mutatio terminis aꝛceꝛtur ꝛ claudiť oppositis. vt gñatio a nō ente in ens,pcumbit.ecōtꝛa coꝛruptio. Augmētatio et diminutio magnitudine/ꝛ paꝛuitate/q̄titate p̄fecta/ et imp̄fecta claudunť. Alteratiōes cōtꝛaꝛiꝰ affectionibus/passionibusq;.nulla igiť mutationū alia ꝛtinua et perpetua est. Unde cū motus q̄ sunt in cōtꝛaꝛia cōtꝛaꝛiꝰ sint:adiuicē cōtinuaꝛi vniꝛiq; non possūt sed mutans in vno cōtꝛaꝛioꝛū q̄escit. ita et mutatio et imutatio opponūtur et generatio et coꝛruptio et p̄ticularis gñatio et p̄ticularis coꝛruptio. Si enī cōtinuaꝛenť/vniꝛenturq; simul idē motibꝰ cōtꝛaꝛiꝰ moueꝛi diceꝛeť et oppositis mutationibꝰ mutaꝛi. vt albescens nigꝛescere/innascens coꝛrūpi et ita in ceteꝛis. Et nō modo ij motus nō continuantur atq; vniūtuꝛ:sed inteꝛ eos tempus intercipitur mediū. vt manifeste in oꝛtu/obituq; deprehendiť. Incōueniens enī est vt oꝛtū cōtinuo (nullo iteꝛiecto tēpoꝛe)

Solus motꝰ localis p̄petuus est ꝛ cōtinuus.

inteꝛeat et in alīs mutationibꝰ cōsimile ꝛepiaꝛ. Physicū enī est in oībꝰ seꝛe cōsimiliteꝛ habeꝛe. Et si opposueꝛis.motus cōtꝛaꝛiaꝛ quieti:igiť motus nō cōtꝛaꝛiaꝛ motui. Nā idē esset pluꝛibus cōtꝛaꝛius. Pꝛōpta ꝛespōsio est vno modo motū cōtꝛaꝛiaꝛi quieti vt habitū p̄uationi et alio modo motui vt contꝛaꝛiū cōtꝛaꝛio et habitū habitui, Id autē incōmodum non est.

OCTAVI CAPITIS NOTE

C Utꝛoꝛsus/ad alteꝛam paꝛtē/ad latus alteꝛū. C Cū mobile ab vno teꝛmino ad alteꝛū teꝛminum vno motu moueatuꝛ a quoq; dem vltimo teꝛmino iteꝛū ꝛecuꝛꝛat ad p̄imū: p̄imus hoꝛū motuū diꝛectus nūcupatuꝛ et secūdus ꝛesiliens et ꝛeflexus. C Pꝛimum teꝛminū/p̄imum aut consimilem.

OCTAVVM cap.cōtinet vnā cōclusionē. ꝛ quinq; ꝛōnes q̄ motus ediuerso facti vt diꝛectus et ꝛeflexus nō sint vnus. C Cōclusio.nō oīs scōm locū motus:sed solū ille (q̄ circulaꝛis dicit) ꝓpetuus esse potest. C Nā oēs motus secundū locum aut sumūtuꝛ secūdū ꝛectū/aut scōm circulū/aut mixtum vꝛsecundū spaciū quod sinū/ꝛectitudinēq; ꝓticipeꝛ:sed motus secundū ꝛectū fūpti cōtinuaꝛi et perpetuaꝛi nō possunt. Nā cū nulla ꝛecta linea secundū quā fiant sit infinita:ꝛeflectunť ꝛesiliuntq; (si cōtinuaꝛi debeant) ad sua initia. Atqui qui ita ꝛeflectunť et ꝛesiliunt/vt a sūmis deoꝛsū/et a dexteꝛis sinistꝛoꝛsū/ab ante ꝛetꝛoꝛsū (Sūt enī he cōtꝛaꝛietates motuū) motus sunt contꝛaꝛij. Non igiť cōtinuabuntuꝛ. quid enī motus vnus et continuus sit p̄ius diffinitum est:ad quē numeꝛo tꝛia mobile/foꝛma/et tēpus numeꝛo vnū ꝛequiꝛunť. Cōtꝛaꝛia autē specie diꝛ- Tria ad moscoꝛdant quevnū numeꝛo neutiꝛ efficeꝛe possūt. Aſ ve tum vnū ꝛecꝛo motus qui hoc pacto ediuerso sumuntuꝛ vt qui ab a ꝛuntuꝛ. in b et qui a b in a sint cōtꝛaꝛij:hinc indiciū/notaq; sumituꝛ:quia si mobilia que illis feꝛuntuꝛ sibi obuient ī spacio:stant/pausant/et se impediūt donec eoꝛū vnū alteꝛū secū ꝛapiat:vt qui se coꝛrūpant qꝰ contꝛaꝛioꝛū est p̄opꝛiū. Nō autē sic est de motu qui est altꝛoꝛsus et ila

Solus motꝰ T Con

tus:et eo qui sursū est:hi nāꝫ nō pugnāt. Signū igitur est eos ediuerso(vt dictū est)sumūtur esse cōtrarios. q̄ motꝰ secundū rectū cū cōtinuari et ꝓpetuari nō possint neꝫ motus secundū mixtū qui planevnus nō sunt. Potius enī id motui simplici(qui ervnus et continuus sua natura est(cōuenire posseviderur. Relinquit igitur solū eū q̄ circularis est cōtinuū et perperē esse posse. ¶Et iterū motꝰ ediuerso sūptos nō esse cōtinuos(ꝙ mobile ꝓiusꝙ reflectatur et resiliat quiescere oporteat)ostenditur. quia in quolibet motu vno tria sunt:principium/mediū/finis. mediū quidē subiectovnū:ratiōe duo qō et potentia existit. principiū vero et finis motus finiti (vt linee finite extrema puncta)actu existunt. Quicq̄d mouetur/fertur q̄ in quo loco adest et a quo abest: duo motus habens actu extrema:in eo: interstite tempore quiescit. Alioqn nūc et instāria essent sibinuicē ꝓxima At vero omne quod fertur aliquo vnde remeat et resilit vt ab a in b et iterū a b in a:duo habet i a b:actu motuum extrema et initia: aut idē momentū est motꝰ a b vt finis:et motus b a vt principiū et solū potentia quod impossibile est nā sunt diuerse nature, quiescit igit̄ mobile in loco vnde resilit et reflectit ꝓiusꝙ resiliat ⁊ reflectatur. Et id nō solū verū habeꝫ in motu secundū rectū facto:sed et in motu secūdū circulū facto: si ei:usvlla fieret reflectio aut̄ resilitio. ¶Sz id dubitationē alicui forsitam affert. Sint a b/⁊ c d magnitudines eq̄les. f et g mobilia equalia. Et fiꝫ pūcto e medio equaliter moueatur versus b recurrēs in e:sicut g a signo c in d. Cū f et g sint equalia mobilia et equalit̄ mota: si staret et quiesceret f aliquo tēpore in b:g ꝓius peruenier ad d q̄ f in e. Nā e b repetitū equale est c d. Nō igitur duo sūt nūc et instāria in quoꝝ vno sit vnius motꝰ finis:⁊ in alio resilientis et reflexi ort̄ꝰ Et q̄mō etiā cū f in b et g in h simul ꝓueniant et assint:g potius ab h nullo tpe iterpolli recedit q̄ f a b? ¶Nō cōcedimus f g mobilia esse equalia et in equali tpe mouerī: f a b e in b recurrēs in e:et g a signo c in d:quia (vt dictū est) f quiesceri b ꝓiusꝙ resiliat et recurrat ad e:nō autem g in h aut alio q̄ q̄ pūcto medio in quo solo momento potentia g per se

Mobile ꝓiusꝙ resiliat quiescit.

uerat et persistit:quod huius vt ꝓincipiū:illius vero vt finis sit. f autē in b in duobus actu momentis ꝑdurans existit: vno vt motꝰ e b fine et termino/et altero vt motꝰ b e principio. Et ita per id quod est esse actu et potentia hanc diluimꝰ dubitationē quēadmodū ꝓius eā zenonis de infinitis medūs spacijs que (vt inquiebat) nō cōtingebat ptransire. ¶Unde fit vt momenta actu:ꝓiori et posteriori motus et passionis adhibēda sint et tēporis signa diuidēda. Nā omni instāti ꝓpriū est vt sit duo ratione:huius finis/illius vero vt principium. quitaꝙ ea nō diuidet i calefactiōis et frigefactionis litio sed factet vnū potētia huiꝰ finis illius vt principiū: diuisionē facit ⁊tinuo aptā. q̄ ꝙ ea diuidit et diuersa facit vt duobꝰ actu respōdeāt: intercipit tp̄us et mobile interq̄escit: q̄mō fieri dictū est ꝓiusꝙ mobile reflectaꝫ ⁊ resiliat ¶Tertio. idē oīdiꝫ motū directū ⁊ reflexū nō eē vnū motū. Nō secundū rectū vno motu ad aliquē terminctū reflexum nū ferē: ꝓius aut̄ ad eū ꝓueniat ad cūdē ferebaꝫ: imo stante principio motus ferebaꝫ. Si igiꝫ vnꝰ eēt motꝰ q̄ ē sursū et resiliēs deorsū: simulatq̄ aliq̄d ferreꝫ sursū ferreꝫ et deorsū: si reflecti et resilire deberet. quod de se absurdū ridiculāq̄ apparet. ¶Quarto illoꝝ motuū diuersesūt q̄etes. Est enī alia q̄es motꝰ a in b ⁊ q̄es motꝰ cti et reflexi b in a. Sūt igiꝫ et diuersi motꝰ ⁊ nō vnꝰ: inꝫ q̄s ⁊ tp̄us diuersesunt/ et q̄s intercipiunꝫ media. ¶Quinto cū aliq̄d ex albo fit nigrū et iterū ex nigro fit albū: illa albefactio et nigrefactio nō sunt vnius motus neq̄ eoꝝ idē tempꝰ. Tē pꝰ enī cōtinuū cōtinuoꝝ est. motꝰ autē ij sūt ꝓntes. ūre neq̄ tp̄is idēvltimū. Quo pacto enī ⁊ cōtrariorū vt albedis ⁊ nigredis idēvltimū eē possit: apparet igiꝫ motū directū ⁊ reflexū nō eē vnū: isz pori inꝫ eos tp̄o cadē mediū

Motū directi.

Motus directi.

Quieres.

NONICAPITIS NOTE

¶Physiologi:physici.

MONVM cap. continet duas cōclusiones. quinq̄ rationes ad secundam. ¶Prima conclusio. Ad motū circularē esse vnū/cōtinuū/et perpetuum allata nō accidūt incomoda. ¶Cū quis

1. Concl.

quod eo agitatur motu: nō fertur motibus oppositis: neq; vniuersaliter verū est motus ab a in b et a b in a: esse contrarios: sed solum id de rectis verū habeķ. Sūt enī secundū locū cōtraria: que secundū rectitudinē plurium distant. vnde hoc non verabit motus hos secundū circulū esse continuos. Tū q; resilitione reflexioneq; nō distrahitur. Mā que resiliunt et reflectūķ exitū actu habent: et actu alterius principium, vt eodē assint: et ab eodē mox fine actu: principioq; habito absint. Id autē in motu secundū circulū nō reptas. Mā semp ē ab eodē in idē. neq; exitū neq; ortūvllū actu habens: vt neq; circulus punctū habet actuvllū: sed omnē potētia: et q idē vnius sit pro exitu alterius vero p ortu. In recto autē id nō ita est: cū semp sit ex aliquo in aliud. sed sicut in recta suoq; spacio extrema actu cōperta habenť: ita ť i eo motu. ¶ Unde hec explorata pmanifestaq; cognoscunť motus secundū semicirculū/aut maiorē/aut minorē circuli portionē factos: esse non posse ꝓtinuos ť ꝓpetuos. atq; solū scōm circulū esse perfectū. Solus enī is ē qui principio finē copulet. ť nullos a circulari ꝓtingere esse perpetuos. neq; id physiologos sane asseruisse oīa semper moueri: cū nō circulo moueri posse viderēt omnia: plane si quidē cōfitenť quedā oriri/quedā interire/quedā augeri/minui/alterascere/et nō agi circulo ¶ Secūda lationū prima est circularis ¶ Primo. q; oīs latio aut est recta aut circularis aut mixta. at latio circularis prior est recta/q; simplicior ť pfectior vt que sit interminata/ sine resilitione aliq; incorruptibilis/et infinitā serie trahens. nō autē recta q; terminos actu habet/ que resilit plerūq;/motus cōtinēs cōtrarios/corruptibilis/et finite seriei si in linea fiat recta que finita sit in recta autem infinita: non fiet vlla. Quandoquidem nichil fit: quod factū esse impossibile est. infinitū autē ptrāsire impossibile est. Q; si circularis prior est recta: et mixta ex recta atq; circulari. nam latio recta ea (que mixta est) prior existit: vt simplicia ex ijs cōposito priora sunt. ¶ Secūdo. eterna priora sunt non perpetuis. Atqui circularis latio eterna est: cetere autē nō/sed statū finēq; habent. est igitur circularis latio alijs lationibus prior. ¶ Ter

Circularis lationū ē prima.

tio. in motu recto determinatū est principiū/mediū/et finis. ť dari potest determinate vbi incipiat qua transeat/et quo desinat. Hec autē in motu circulari determinata nō sunt: sed vnūquodq; principiū est/medium/et finis vt semper is motus in principio esse videatur. Non enim aliquid eorū vnum vt principiū potius ꝙ alterum quodlibet posueris: et quiescere eius mobile quodāmodo ꝓputaķ vt quod in eodē loco maneat. ¶ Quarto. mēsura prior est mensurato. Mā primo mēsuramus: et primum in vnoquoq; genere metrū et mensura aliorū est. motus autē circularis aliorū mensura est. Est igitur prior alijs. ¶ Quinto. motus regularis prior est irregulari. Circularis autem motus talis euadit: alū vero nō. Mā alij motꝰ si naturales sint: in principio tardiꝰ excitātur et ꝙto fini viciniores: velociores existūt. Violenti econuerso. Circulares vero neq; in ꝓncipio neq; in fine euariant. Est igitur circularis prior. Et certe omnes antiq; Empedocles/Democritus Anaxagoras/Plato: motū secundū locum dixerunt esse priorē. Ut empedocles dixit litem segregare et amicitiā cōgregare. Et Democritus ex Atomis per segregationē omnia gigni. Et Anaxagoras intellectū a Chao segregātem. Plato animā mouentē cui primum motum attribuit: motū secūdum locum. Ex his liquet/primū motum esse secundū locum sed quis is est: declaratum est paulo ante.

Motꝰ regularis ē prior irregulari. Motꝰ naturales in principio tardiores esse/infine vero velociores.

DECIMI CAP. NOTE

¶ Primus motor/primū simpliciter mouens. ¶ Infinitum secundo. ¶ Prestare/ superare/ prestantius esse. ¶ Centrum / punctus a quo omnes recte ducte ad circunferentiam sunt equales.

37 DECIMVM cap. continet duas conclusiones. vnā questionem. ť duo correlaria post primā. ¶ Prima conclusio. primum motorem impartibilem/ incorporeumq; esse oportet. ¶ Mā Primꝰ motor si corporeū magnitudinemq; haberet: aut ea finita/aut infinita esset. Non infinita. finita igitur Deinceps: aut lis ť incorporis eius mouendi finita/ aut infinita. Si finitā dederis reus est.



non mouebit tẽpore infinito. Finitum enim tempore in finito mouere impossibile est. quod adhuc ostendo. Sit a mouens finitum. b mobile. c tempus infinitum. quia a/vis ẽ finire: afferri potest maius quod sit d. Aut ergo d diutius mouebit b. q̃ ipsum a virtute inferius atq; inualidius: hoc autem non. quia tempore infinito nichil est diutius/ aut a solum mouet tẽpore finito. Aut d quãto a eque mouet/hoc iterum non quia maiorvis minori equari non potest. Non igitur eius vis finita est. Si dixeris eam infinitam: neq; hoc quidem. Nam in magnitudine plus clausum potẽtie: in equali tempore plus facit. vt plus calozis hꝫbẽs plus calefacit/ plus dulcozis itidem plus dulcozis inducit. Et ita in singulis mouentibus: necesse igitur esset a cozpore finito vim infinitam habente ipsum mobile pari et plus quidem q̃ a finito. Nam plus potẽtie retinet: quod si sic esset/nullum esset tempus in quo pateretur quod est impossibile. Q; si mouebit tẽpore finito. Sit potentia infinita e. tempus in quo f. Et potẽtia finita a. tempus in quo mouet g. Procedam / maiorem potẽtiam accipiens finitam alteram: quouisq; excellã aut equem determinatũ atq; ad id incõmodi perducãt potẽtia infinita et finita eq̃liter q̃ equali tẽpore moueãt: aut finitam mouendo: potẽtia prestare infinita. quod est impossibile. Et etiã distrahendo eã si voluero deficere faciam. mouebit igitur in nõ tẽpore. Nam accepta potẽtia finita e b aliquãta tẽpore mouet quod sit f i. Capio e c magnitudinẽ duplam q̃ duplã cõtinẽtem virtutẽ. (Id enim supponim⁹ vt minor magnitudo alicuius est virtutis et maiorẽ virtutem esse maioris) que in medio tempore mouebit vt f g. Et iterũ sumpta dupla potentia vt ea in temporis f g dimidio vt f h mouebit. Et ita semper accepta maiore potentia in minori tempore mouebit. Nam semper eadem est proportio. Accepta igitur potentia infinita: que omnem potẽtiam finitam excellit mouebit in non tempore. Est enim infinita potentia vt magnitudo et multitudo omne finitum excellens: et que ad finitum nullam gerit proportionem. Manifestum igitur est eam potẽtiam in magnitudine finita nõ esse infinitam. Itẽ magnitudinis finito

accepta aliqua parte (quãtulacunq; sit) potentie finite magnitudinẽ mensurabit: et potẽtia finita potentiã infinitã. quod permanifestũ est impossibile. Primũ igit motorẽ qui ideficienti euo/perpetuaq; serie mouet: imparribilẽ/incozporeũq; esse necesse est. ¶ Questio. quomodo quedã que a se nõ mouentur vt proiecta continue moueãtur suo actore nõ tangente: sed abiecto q̃ cessante. Diverunt simulatq; pellẽ proiectũ: q̃ pelli proximũ cozpus. vt aerẽ/ qui cõtinue ipsum proiectũ moueat: sed eandem in aere quo modo et a quo moueatur: transferunt difficultatem. Q; si direrint a proximo: hoc abibit in infinitũ q̃ impossibile. Neq; quidem primũ mouens ad ꝓiectum sese habet vt lapis magneticus ad ferrum: quod ab eo vim mouendi mutuat. Nã simul magnes de medio tollitur aut occulitur ferri/vis illa mouendi cessat et vanescit. Non autem primo pellente deficiẽte: proiecti vis mouẽdi deficit. ¶ Ideo dici poterit primũ mouens non modo proximũ cozpus vt aerem aut aquã mouere sed ei ipsivim quandam mouendi imprimere. Que quidẽ primo mouente deficiente non simul vanescit: sed aliq̃diu perdurat et mouet. Alioquin simulatq; primũ mouẽs quiesceret et ꝓiectum ꝓcumberet. vt ferrũ statĩ absente magnete. Neq; quidẽ sufficeret vt quidã volũt velox/citaq; (ne vacuum fiat) cozporis succedentis reciprocatio/subsecutioq;. Alioqn vno cozpore iacto oporteret et omnia moueri. ¶ Primũ corrolarium. vnde fit Proiectoꝝ vt huiusmodi ꝓiectoꝝ motus nõ plane cõtinui sint. vt motꝰ nõ omnino esse conquiũ a vsq; sint successiue mouẽtibꝰ: q̃ attactu ipsa mouentur: q̃ regulares nõ sint. Est enĩ ĩ principio preceps: et in fine remissus q̃ lentus: vi ipressa pedetẽtim languescente et moriẽte. Naturales vero econtrario: initio pigri/ in exitu veroveloces. ¶ Secũm. vnde iterũ recte euenit: primũ motorẽ incozporeũ esse q̃ immobilẽ. Nam si moueretur ab alio: consequeretur ipsum mobile. et aliquã do deficere posset. Et si cozporeũ (vt aer aut aq̃ ꝓiecta) sequẽs tãgeret. At cũ ponitur incozporeus q̃ immobilis: nõ oportebit simul ipm mutari: sed semꝑ vnꝰ/idẽq; immutabilis/infatigabilis manẽs: motũ intemperabit et influet mobili: et quidẽ semper ꝑ simillimũ q̃ regularẽ.

¶ Secunda conclusio. Primus motor sedem habet in circulo: motu (qui dictus est) velocissimo et eterno: interato. ¶ Nam sedem habet aut in centro aut circulo. Primū motorem in Sunt enim ea principia. non in centro. nā ocyssime moueuntur ea: que finittima et proxima sunt mouenti. rapidissimus autem motus is: quo mundus cōuertitur. Illic igitur et primus motor eternus. ¶ Si igitur sit primus motus: q primus motor semper idem cōsimiliter se habens: omni magnitudinis mole carens: immutabilis: infatigabilis: infinito tēpore sempiternum motum intemperans dictum est abundantius.

Paraphrasis Octo Phy sicorum Aristotelis finis.

IACOBI F. STAPVLENSIS IN QVATTVOR L. DE CELO ET MVNDO ARISTOTELIS PARAPHRASIS.

PRIMI CAP. primi de celo et mundo note.

¶ Celū circulare corp⁹ naturalib⁹ corpib⁹ supemineꝫ. ¶ Mūd⁹ ē naturaliū corporū ꝛ eorū (q̄ his supeminēt) oim vniuersitas. ¶ Vniuersitas: collectio: aggregatio. ¶ Mūdus: vniuersū. ¶ Olquaꝫ: vndiq; oikariā: scōm longū: latū: ꝛ pfundū: ¶ Tria q̄bus Pythagorici (vt nonnulli volūt) deo sacrificabāt: Ignis: Tus: Oratio.

LIBER de celo ꝛ mūdo q̄ttuor ꝓtinet partiales. Primꝰ duodecim cap. Primū tres ꝛclusiōes. q̄ttuor diffinitiones post primā. et tres rōnes adscōam. ¶ Pria ꝛclusio. Scientia de natura circa corpa: magnitudines horū passiones: motꝰ ꝛ pncipia maxie versatur. Nā scientia de natura eorū ē q̄ scōm naturā dicunt: ꝛ q̄ a natura cōstant. Que autē a natura cōstāt hec sūt corpora ꝛ magnitudines: eorū passiones et motꝰ: hec vero corpa ꝛ magnitudines habēnia: ꝛ q̄bus corpa ꝛ magnitudines insūt. Et hec postremo q̄ (q̄bꝰ corpora ꝛ magnitudines insūt) pncipia sūt. Nō ab re igit scientia de natura circa corpa: magnitudines: horū passiones motꝰ ꝛ pncipia maxime versabit. Sūt enī fere hec (q̄ a natura cōstāt) oia. ¶ Quattuor diffinitiones. ¶ Pria. cōtinuū est q̄ diuisibile ē in semp diuisibilia. ¶ Scōa. linea est q̄ scōm vnū solū: vt lōgitudinē diuisibilis ē. ¶ Tertia. superficies q̄ scōm duo lōgitudinē ꝛ latitudinē. ¶ Quarta. Corpꝰ q̄ scōm oniā ꝛ diuisibile ē. Est enī diuisibile scōm tria lōgitudinē: latitudinē ꝛ pfundū. Et ꝓter hec tria nulla relinqtur magnitudo ꝛ magnitudinē secādi iterualla. Fit itaq; recte. vt q̄ corpꝰ scōm

Ju.ternario oīa perfecta cōsistere.

ria diuisibile sit: dictū sit corpus secūdū oīa ⁊ omniq̄ esse diuisibile. ¶ Sexta cōclusio. corpus/magnitudinū perfecta existit. ¶ Primo q̄dē q; Pythagorici omne/ torū/rēq; pfectā oēm trib⁹ determinatā: pncipio/ medio/ et fine esse volebāt. Et q̄ sic determinata eēt eandē esse ⁊ perfectā/trinitatēq; oibus ī reb⁹a natura esse cōspectā. Hinc q̄q; fieri vt tāq̄ naturā sequētes et legē ab ea edocti: deo sacrificādo co numero arcq; ternario vtamur. Et hinc itē fieri vt naturā insecvolētes in rerū appellationib⁹ duo appellem⁹ ambo. de trib⁹ autē pmū afferam⁹ omne. At corpus/magnitudo trib⁹ determinata hūc in modū esse videt. erit igitur pfecta. ¶ Sexto totū ⁊ pfectū idē sūt neq; speciei discrimē patiūtur: sed rōnis modiq; dicēdi. At corpus tota est magnitudo ⁊ oīs. Est enī solū corpus/magnitudo trib⁹ determinata: q̄ oēs sūt et omniq̄; omnifariāq; (vt dictū est) ptibile. Planū vero solū duob⁹ determinat ⁊ linea vno. neq; omniq̄; sectionē recipiūt ⁊ sunt cōtinue: sed vt numerū magnitudinū interuallorū: sortiūtur. Est igit corpus magnitudinū pfecta. ¶ Tertio. hec magnitudo pfecta est cui nichil deficit: ⁊ q̄ ī aliā nullā trāsit. Sola autē magnitudinū corpus est huiusmodi. nā tres dimēsiones habet dimensiones autē plures trib⁹ nō sūt. Neq; altera relinq̄tur vlla: in quā trāseat. Linea autē trāsit in superficiē: ⁊ superficies ī corpus. trāsit⁹ autē ob defectū est. igit corpus magnitudinū perfecta ē. Et nō modo id: imo vero magnitudinū preter ipsū perfecta ē nulla. Nā qb⁹ pfectū est vt deficiat impossibile ē: sed oīno/ omnifariāq; est. ¶ Tertia. vniuersam pfectū esse necesse est. ¶ Nā vnūqōq; particulariū corporū pfectū est: omnes enī dimēsiones habet. q̄ tactu vnūquodq; ad primū: vniuersū cōstituūt vnū: cuius ea ipsa sunt partes. Est igit vniuersū pfectū: vtpote quod omniū aliorū cōplectat pfectiones: dictū nō abre vniuersum q̄ oīa in ipso versent, quod quidē an finitum sit an infinitū: postea futura est discussio.

SECVNDI CAP. NOTE

¶ Physica corpa/res sensibiles. ¶ Mediū/terra/medium mūdi. ¶ Ad vers⁹. ¶ Corpa simplicia/celū/ignis/

aer/aq̄/terra. ¶ Mixta/animalia/vegetabilia/mineralia mixta/imperfecta. ¶ Mot⁹/mot⁹ secūdū locū. ¶ Elemēta/ignis/aer/aqua/terra.

SECVNDVM cap. continet q̄ttuor suppōnes. vnā conclusionē. ⁊ q̄nq; rōnes. ¶ Quartuor suppōnes. ¶ Prima. oīa physica corpa secundū seipsa ad loca mobilia eē. Nā habēt in seipsis naturā q̄ est mot⁹ pncipū. ¶ Secūda. oēm motū secūdū locū (quā lationē nūcupam⁹) aut rectū/aut circularē/aut mixtū esse. quorū duo rect⁹ et circularis simplices sūt. Nec merito quidē. Nā scōm simplices sumūt magnitudines. Et rectū eē q̄ est a medio aut ad mediū. Aut vero est a medio motū rectū sursū esse. ⁊ qui est ad mediū: motū rectū deorsū. Et motū circularē eū esse dicimus q̄ est circa mediū. ¶ Tertia. oēm simplicē lationē eē et rectā sursū/et rectā deorsū/et circularē circa mediū. Sicut enī corp⁹ pfectū in trib⁹ q̄ sistit (quēadmodū paulo añ dictū est) ita quoq; et ei⁹ mot⁹ in trib⁹ euadēt cōsūmati. ¶ Quarta. corpora simpliciū vt ignis/ aeris/ aque/ terre/ mot⁹ eē simplices et cōpositorū mixtos. ea tñ accidit scōm pdominās moueri. Sūt enim simplicia corpora quorū scōm locū natura mouēdi solūvnū pncipiū est. Cōposita quorū sunt plura. ¶ Cōclo. Preter q̄ttuor corpora simplicia q̄ recto motu natura ferūt, est aliud corpus simplex: qō suapte natura circulari motu agit. ¶ Primo. q; oīs mot⁹ simplex corpori debetur simplici; mot⁹ autē circularis est mot⁹ simplex. corpori igit debeт simplici et nō alicui q̄ttuor simpliciū corporū q̄ motu recto natura ferūt. Nā simpliciū corporū. vt secundū locū natura ferant solū vnū presto est pncipium debeт igit alteri corpori simplici. Est igit preт q̄ttuor simplicia corpora q̄ recto motu natura ferūt aliud corpus qō suapte natura circulo agat. ¶ Secūdo. cuiuslibet corporis simplicis vn⁹ est scōm naturā mot⁹ ⁊ tm̄ vnus. et mot⁹ q̄ est preт naturā contrari⁹ est et q̄ est scōm naturam. et tantū vnus vni ꝯriat. Et manifestū est motū circularē esse. Tūc sic. motus aliq̄s est circularis. est igit alicui⁹ corporis simplicis. Mot⁹ enim simplex simplici

Quid mot⁹ rectus.

Quid circularis

Quid corpora simplicia.

Quid item composita.

Conclus.

Quinq; suppositiones

debeꝯ corpi. At nō est alicui⁹ ꝗttuor elementorū. ignis aeris/aq̄/aut terre. Nā aut ipsi scōm naturā ꝙueniret. hoc autē nō. Nā eorū qōlibet alterū habet scōm naturā. Ignis et aer motū sursū scōm rectū. Aqua et terra motū deorsū. Et vni⁹ corporis simplicis vn⁹ est scōm naturā motus ꝛ tantū vnus. Neq; pꝛeter naturā. Nā ꝛerarius esset ei q̄ eis scōm naturā cōuenit. Et vero cuiusli⁹ bet eorū motui scōm naturā contrariaꝯ rect⁹ et alius a circulari. vt motui ignis et aeris sursū/ eorūdē motus deorsū. et motui aq̄ et terre deorsū qui scōm naturā est: motus aque aut terre sursū. Nō igit̄ motus circularis contrariatur motui scōm naturā alicuius quattuor elementorū. Nā tātū vn⁹ vni motui positus est contrarius Cōuenit igit̄ corpori simplici alteri a ꝗttuor elemētis et cū nō cōueniat eidē ꝓter naturā. Nā cōtrari⁹ eēt motui eiusdē q̄ esset scōm naturā: q̄ nō nisi circularis esset. Cōfectū est igit̄ vt eidē cōperat scōm naturā: et pꝛeter corpora simplicia motu recto lata esse alterū simplex: qō suapte natura motu torqueaꝯ circulari. ¶ Tertio consentaneū eē videꝯ motū natura pꝛiorē corporis esse

Quare circulus linea recta sit pfectior.

natura pꝛioris. motus autē circularis recto natura pꝛior est. Fit enī scōm circulū: rectus aūt scōm rectā. et circulus (vt qui sit vbiq; vn⁹. et cui addi nō possit q̄cū) pꝛior ꝛ pfectior recta dinoscit: q̄ nō vbiq; vna: et cui (vt lubet) additio fiat. Perfectiora autē natura pꝛora. Est igitur circularis mot⁹ corporis pꝛioris et pfectioris: q̄ ḡb⁹ natura competat rectus. Hoc aūt esse oportet alterū a ꝗttuor elemētis: q̄ secundū rectā natura ferunt. Ignis et aer sursū: aqua et terra deorsū. Neq; q̄dē mixtorū erit. Nā dirim⁹ ea moueri scōm pꝛdominās elementū. Pꝛeter igit̄ ꝗttuor corpora simplicia: q̄ recto motu natura ferunt: est aliꝰ corp⁹ simplex quod suapte natura circulari motu agitetur. Undeñ vt sit q̄dā pꝛior et diuinior corpora substātia ijs (q̄ nos circūstāt) substātijs nunc sursū/ nūc deorsum latis. ¶ Quarto. oīs mot⁹ simplex aut est scōm naturā aut pꝛeter naturā. et quod vni pꝛet naturā cōuenit vt igni ferri deorsū: alteri scōm naturā cōuenit. Ut terre q̄ scōm naturā fertur in imū. Et certū est motū circularē scōm naturā nulli ꝗttuor elemen-

torū conuenire. Si igitur ipsis cōpeteret hoc esset pter naturā. q̄re et alteri scōm naturā cōueniret. Ponendū igit̄ est pter ea corp⁹ alterū simplex: cui circularis motus scōm naturā cōperat. ¶ Quito. mot⁹ circularis vn⁹ cōtinu⁹ et perpetu⁹ (vt in Physicis ostensū est) habeꝯ. Cōuenit igitur alicui scōm naturā. Irrationabile pfecto statī apparet motū iugē/ sēper continuū et sēpiternū esse pter naturā. Nā que pꝛeter naturā ervioléta sūt/ citissime natura ꝙspiciunt. Et vero qō sēper circūferi ignis esse nō potest: qō ꝑplurimis visū est. Nā igni circulatio pter naturā cōpeteret. cū ei scōm naturā is competat: q̄ est a medio secundū rectā. q̄re sēpitern⁹ esse nō posset. pꝛeter igit̄ ꝗttuor corpa simplicia q̄ recto motu natura ferunt: est aliud corp⁹ simplex: qō suapte natura circulari motu agaꝯ: tanto nobiliorē naturā gerens quāto a sēnibil⁹ semotū/ sepatūq; est illis supeminens

TERTII CAPITIS NOTE

¶ Corpus simplex qō circūfertur/ celū.

TERTIVM cap. cōtinet duas ꝛcōnes. vnū corrclariū ad pmā. et quattuor ratiōes ad scōam. ¶ Pꝛima ꝛcō Corp⁹ simplex qō circūagi/ circūq; ferri dictū est: neq; graue neq; leue est/ ¶ Nā id graue dicim⁹: qō ad medīū ferri natū est. Nā leue/ qō natū est ferri a medio. Grauissimū: qō oīb⁹ substat deorsū latis. Leuissimū vero: quod oībus superfertur sursum latis. Et si q̄d sursū aut deorsū ferꝯ: vt leuitatē aut grauitatē aut vtrāq; habeat necesse est. Tūc ita nectim⁹ argumentū. Oē graue aut leue ferꝯ ad medīū aut a medio. At corp⁹ qō circūagit̄ et circūferꝯ neq; ferꝯ ad medium neq; a medio. Nā aut id scōm naturā esset aut pter naturā. Nō scōm naturā. nā ei scōm naturā circūferri conuenit et vni⁹ corporis simplicis tantū vn⁹ est scōm naturā motus. Neq; id q̄dē pter naturā. quia si deorsū pꝛet naturā ferreꝯ: cū mot⁹ pꝛeter naturā motui scōm naturā cōtrarieꝯ: et motui deorsū cōtrari⁹ sit mot⁹ q̄ euolat in sublime ei conueniret scōm naturā in sublime ferri: qō modo monstratū est esse nō posse. Et ita si sursū pꝛe-

ter naturā ferret ei conueniret scōm naturā deorsū ferri. nō est igit tale corp⁹ aut leue aut graue. ¶ Correla-
rīū. vnde fit vt nevna quidē ei⁹ ptīū grauis sit aut lenis
Nā corpoū simpliciū idē est mot⁹ tot⁹ et partis. vt to-
tius terre et glebule terre. Eadē enī in toto et partib⁹ ra-
tio est. Āt totū ipsū non graue est aut leue vt dictum
est. igitur neq; eius partiū vlla. et si qua partiū detra-
cta esset (si id possibile concesseris) neq; sursum neq; de-
orsum ferretur. nam (vt de toto dictum est) neq; natura
II. Cōcl: neq; preter naturam id fieri posset. ¶ Secunda. itidē
rationi consentaneū videtur: ipsum ingenitum atq; in-
corruptibile esse non augmentum / non detrimentum
sustinens. neq; alterationem vt sensibilia ipsa sustinent
¶ Primo. quia generatio et corruptio iter contraria
existunt. Āt quicquid fit: fit ex contrario. Et quicquid
corrumpitur: in contrarium corrumpit. Atqui illi cir-
cumacto corpori nichil est cōtrarium. Circulationi enī
nullus (vt postea perpalam euasurum est) contrarius
est motus. Est igit ingenitū t incorruptibile. idq; recte
factū esse videt: ipsū a cōtrarijs secretū semotūq; esse / vt
futurū sit ppes / ingenitū et incorruptibile: sed q; neq; au
gmētabile neq; diminuibile sit hoc ideo est. q; augmen
Celū eo ā p̄-
rario fit aliq aduenīēte: intrīseco ipsī materie aliquo re
mo libro dis-
soluto. Et diminutio aliquo intrinseco recedēte. Āt ta-
finitū est / nō le corpus neq; materiā habet talē: ex qua fiat: neq; ab
hȳe materiā. eo fit resolutio vlla. fit enī per cōtrariū. igit neq; augmē
rabile neq; diminuibile est. ¶ Si neq; generabile / neq;
corruptibile / augmētabile aut diminuibile est: neq; (vt
sensibilia: elemēta / ā alia / plante et similia) alterabile
est. Nā alterationes in illos mot⁹ ordinātē: vt i ipis sēsibi
lib⁹ p̄mptū est intueri. Est igit id circūlatū corp⁹ inge-
nitū / incorruptibile inaugmentabile / diminuibile / par
ter ialterabile t ipassibile: vt corp⁹ sēpiternū et oīm p̄mū
¶ Scdo. q; oēs hoīes t greci t barbari et qcūq; de deo
extimationē habuerūt aliquā: ipsi sedē et locū attribue
rūt celō / qđ p̄bauimus circūagi et circūferri. signū est
igit ipsū eē penne / ingenitū t incorruptibile vt īmortali t
incorruptibili: īmortale et incorruptibile esset aptatū.
¶ Tertio. q; ex ijs q̄ ex p̄terito tēpore successione q̄dā

posteris memoria, p̄dita sūt: nichil vissonū / nichil mu-
tatū de ipso cōperim⁹: neq; scōm ei⁹ ptēs vllā. hoc iterum
ignū est et fidē facit: ipsū ingenitū et incorruptibile esse
¶ Quarto. Antiq; ipsū etheraut sēpiterno tpe currens
et sūma loca occupās nūcupauerūt: quēadmodū et alio
rū cōplures hoc nr̄o euo ponim⁹. neq; enī semel neq; bis
putare oportet sz infinities: ad nos easdē aduenisse opi-
niones. Anaxagoras autē hoc nōie male vsus ethera
pro igne ponebat.

duplex ethe-
ris significa
tio.

QVARTI CAPITIS NOTE

¶ Circul⁹ / celū ¶ Horiōes. b occidēs. c meridies. d p̄i
mū mobile. e firmamentū. f saturni: g Iouis: h martis: i
solis: k veneris: l mercurij: m lune hemispheria: n septē
trio. ¶ Hemispheria / dimidie sphere.

17 QVARTVM cap. continet sex con-
clusiones. ¶ Prima I Cōcl.
Motui circulari motus rectus minime
abit contrarius. Nā motui recto vt mo
tui sursū ꝺrio ē alio mot⁹ rect⁹: et eorū lo
ca adiuicē sūt ꝺria. Sūt enī sursū et deorsū: motuū diffe
rētie et ꝺrietates. igit mot⁹ circularis motui recto mi-
nime est contrarius. Posit⁹ est enī tantū vnus mot⁹ vni
motui abire contrarius.



Motus diurni nō sunt cōtrarij nec ꝓ ꝓprio ꝓprijs

¶ Secunda motus diuersorum semicirculorum ab eisdem signis versus eadem: vt ab a versus b non sunt adinuicem contrarij. ¶ Hābit infiniti esse possunt. Et qua ratione vnum vni contrarium posueris: et reliquorum quēlibet. At tantum vnus vni ponitur contrarius. non igitur sunt contrarij. ¶ Tertia. motus itidem diuersorum semicirculorum opposito modo facti: vt de a in b et de b in a adinuicem non sunt contrarij. ¶ Eadem cū superiori ratione. Nam hi infiniti esse possunt. nec idē subit iudicium cum motu recto qui est de a in b: motui recto de b in a contrario. Nam hi recti: determinati/finitiq; sunt. Circulares autem (vt dictum est) indeterminati: infinitiq; esse possunt.

18

19

Ad de motu diurno et ꝓprio.

¶ Quarta. Motus eiusdem semicirculi ediuerso facti vt vnus ab a in b: alter vero ex b in a adinuicem nō sūt contrarij. ¶ Nam diffinita sunt secundum locum contraria. Que secundum rectitudinem plurimum distant. motus autem semicirculi a c b et b c a non plurimū secundum rectitudinem distant. non sunt igitur contrarij quare et minus erunt ij qui ex eadem parte in idem sumuntur semicirculi (vt motus a c b et motꝰ alter a c b) adinuicem contrarij.

20



21 ¶ Quinta motꝰ eiusdē circuli scōm eius diuersos semi. At motus diuersi circulos sūpti. ꝛtrarij nō sunt. ¶ Hā si sumātur hocpa urnus et nocto motꝰ ab a in b: qui est a c b: et motus qui est a b in a cturuus id est b n a ꝛtrarij esse nequeūt. vnꝰ enī et cōtinuus esse est duo semi pūt. Motꝰ autē cōtrarij in cōtrarios abeunt terminos diurni. Nec cōtrarij erūt sūpti ab a in b a c b et ab a in b a n b Sunt enī ab eodē in idē et nō secūdū rectitudinis distātiā sūpti. Motus autē cōtrarij ex contrarijs terminis in terminos secūdū rectitudinis distātiā abeūt cōtrarios

¶ Sexta toti⁹ circuli mot⁹: totius eiusdē aut alteri⁹ motui nō euadit cōtrarius. ¶ Alteri⁹ q̄dē nō erit. nā si infiniti esset: et infinitis eūdē esse oporteret cōtrariū. Neq; eiusdē vt motus a c b a motui a c b a. Nā fūt ab eodem in idē ⁊ ꝛsimiles/ aut vt a c b a motui a n b a: q̄ videtur ediuero facti. nā iterū sunt ab eodē in idē. Cōtrarij aūt mot⁹ ex cōtrarijs termini in terminos cōtrarios. quos si ꝓtinaciter defendis ⁊trarios aut simul erūt in circulo a c b. Hoc autē nō. nā cōtrarij simul stare nō pñt. aut aduenient eque fortes: ⁊ tunc se impediēt et neutro mouebīt mobile. Aut vñabīt superabit: ⁊ alter eorū. et sic sē per vno mouebitur mobile: et nūq̄ altero. frustra igitur ponitur is quo nūq̄ mouebīt esse huic (quo iugīt sempiterneq; mouet) ꝓri⁹. vt ꝓfecto frustra esset calciamētū cui⁹nūq̄ futura sit calciatio. Deus aūt et natura nichil faciunt frustra. euasit igīt (vt arbitror) ꝓspicuū motui circulari nullum motum esse cōtrarium.

QVINTI CAPITIS NOTE

¶ Infinitū scdo. Angulus est a duarū linearū cōtactu inēcepta extēsio ¶ Cadit linea sup̄a lineā ꝓpēdicularit er/ qñ āguli ervtraq; pte cōtact⁹ sūpti: adiuicē sūt eq̄les

QVINTVM cap. cōtinet tres ꝛclusiones tres rōnes ad primā et sex ad tertiā. ¶ Prima cōclusio. Cōueniens est disserere an corpus infinitū sit aliqō (quēadmodū ꝓplurimis visum est) An id q̄dē ipossibile sit. ¶ Pro q: aliqō corp⁹ infinitū statuere aut nō statuere multū a ꝛtēplatiōe vēritat̄ distat: q̄ ꝛt nō parū imo in toto sic esse aut non esse: ad veritatē pci piēdā videt differre. Expedit igīt an sit an nō sit corp⁹ infinitū aliqō disq̄rere ¶ Secō. q: infinitū eē ⁊ infinitū nō eē: ē ⁊ fuit ꝓncipiū ꝯdicēdi pene ⁊ disserēdi. olb⁹ et oīm qui de vniuersa determinauerūt natura. et adhuc erit: nisi ꝓsto/ ꝓspectaq; veritate. est igīt discutere cōueniēs. ¶ Tertio id certe in natura discutiendū est: qō idiscussū multos circa nature principia aggenerat errores: q̄ enī parū a veritate disgredit: tandē plus decies milies a vēritate discedēs fiet alien⁹. vt q̄ minimā asserit magnitudinē: maximā. Mathematicarū cōtēplationū aufert partē. Et quod in principio est modicum: in fine euadit vel ꝯmaximū. Verum id an sit infinitū/ an non sit/ indiscussū: multos in phia relinquit errores. Habet enī infinitū principij rōnem. Conueniens est itaq; discutere. an corpus infinitum sit aliqō (vt dixerūt) an hoc quidē impossibile sit

24 ¶ Secunda. nullū corpus neq; simplex neq; ꝛpositum statuendū est infinitū ¶ Compositū q̄dem q: quod magnitudine et multitudine finitis constat cōpositū/ finitū est/ Tantū enī est: ex quātis et ipsū est compositū. Et compositum omne: ex magnitudine et multitudine finitis: euadit compositū (vt paulolatius ostendemus) Est igitur cōpositum omne finitum. Quod vero nō sit sēsibile simplex infinitū: ex quo compositum cōstitui possit paulo post fiet manifestum: prius id de corpore primo: circulo agitato esse non posse ostēdentes. ¶ Tertia. nullū corpus circulariter motū: infinitū esse

25 potest. ¶ Primo. q: infinite erunt linee a centro egredientes/ et in centro angulum constituentes/ et earum infinita distantia/ Finitarū enī semper distātia finita est. infinitarū vero infinita. dicto infinitā q: nulla vnā intercipi magnitudo possit: semp ꝓtitatē accipiendo que lineas assequatur et tangat. q⁹ si distantia earum adinuicem est infinita: ipsū corpus circūferi/ circūuoluiq; non potest. Nā infinitū pertrāsiri nullo pacto potest. Et prius ostensum est aliquod corpus circulariter moueri: idq; de celo sensu explorarū habemus Non est igitur quod circunferatur corpus infinitū. Et certe quēadmodū numerū dicerem⁹ infinitū: q⁹ quocūq; acceptō: maior superat accipiendus: vt non sit maximus. Ita et illa intercapedo et duarū linearū distātia (q⁹ semp inter eas (quacūq; accepta) superat magnitudo maior accipienda: vt non sit maxima) recte posita ē infinita. ¶ Secūdo. si a tēpore finito tēpus auferas finitū: reliquū finitū est. Et si tempus/ motus habet principium: et motus et que fertur magnitudo. Consimiliter enī hec vt finita aut infinita sint sese habere: ostensū



est. Atqui omne tempus quo circulo voluik corpꝰ quod et celum vicimus: finitū est. igik et motus ꝛ q̄ ferk magnitudo vt finita sint necesse ē: ꝛ tps qō ferk ꝛ motꝰ ꝛ magnitudo parik habeāt p̄ncipiū. Sed vt manifestius huiusce rei p̄cipiam⁹ incōmodū. sit c b d corpus circulo (quēadmodū celū videmus) agitatum infinitū: si possibile est. a cuius cētro a: egrediak linea: c versus infinita. sitq; extra centrum e b d f equidistans/ quiescens et pariter infinita quia corpus c b d circulo agitatum suū perficit motū: abscindit lineam e b d f aliquo tempore motus. At quia totum tēpus quo complet motū: finitū est/ vt sensu vel q̄ cognitissimū est: tēpus quo abscindet/ pertransibit ꝛ lineā e b d f infinitā / a tpe finito abscissum finitū est. abik igik infinitū tempore finito quod est impossibile. Si igitur ipsū infinitū esse et mūdus infinitus nullo pacto circunferri/ circumq; volui posset: cuius op positum per se cognitum est. ¶ Tertio. si magnitudo iuxta magnitudinē lata fuerit: he eodē tempore se absoluunt. que si in contrariū late fuerīt: velocius. alterave ro quiescente: et altera equali velocitate vt cū cōtranitāk tardius . Si igik corpus circulo actū esset infinitū: tempore finito abiret finitū circulū circa centrū descriptū. quia toto tpe motꝰ abirek absoluerek igik ab eodē i eodē tēpore: infinitum scz a finito et tempore finito: qō in physicis impossibile esse demōstratū est. Et nichil refert an infinitū moueri et finitū quiescere intelligas. aut finitū moueri: infinitū vt q̄escēs aut cōtralatū. ¶ Quarto. lineā cuiꝰ est finis et terminus: infinitā esse impossibile est. et superficiē/ ꝛ corpus. At omne figuratū vt sphera/ circulus tetragonus finem habet et terminū: quod enī determinatur: nulq̄ neq; sphera/ circulus/ tetragonꝰ aut aliquid ꝛaliū (vt neq; pedale) infinitū esse potest. Aſ si nō potest circulus vllus esse infinitus: neq; quod circulariter agitatur. Nā circularis motus is est qui secūdū circulū (vt dictū est) sumik. Corpus igitur circulo agitatū infinitū esse non potest

¶ Quinto a cētro circuli c intelligak ex vtraq; parte infinita linea a b quiescēs. Intelligaturq; itidē altera quiescēs supra a b infinitā/ ꝛ supra centrū c vt in signo g cadēs: q̄ sit d e. Intelligak rursus tertia linea e f sursū erecta/ secans continue d e ad circularis corporis motū: e versus mota. Tūc sic. corpus circulare suū motū absoluere ꝛ cōplere nequit: nisi linea e f alio ꝛ alio lineā rectā d e secādo: vt prius in h/ deinde in i/ hinc in signo k totā rectam absoluat. At hoc īpossibile ē tēpore finito. Nō igik corpus circulariter motū: suū cōplet motū tēpore finito qō falsū est. Aut spacū secundū rectum infinitū abibik. qō iterū īpossibile est. Nō igitur corpus circulariter motū infinitū esse potest. ¶ Sexto tēpus quo (quod circulariter fertur) circūvoluitur: finitū est. igitur et magnitudo pertrāsita. Sūt enī equalia: ita vt medietati tēporis medietas respōdeat trāsiti ꝛ totū toti. qō igik circūfertur infinitū esse nō posse: ex his q̄manifestissimū cuasit.

SEXTI CAP. NOTE

¶ Grauitas cōmēsurata intelligitur: quādo scōm eq̄les magnitudinis ptes ꝛtinue eq̄lis grauitas sumik. ¶ In cōmēsurata: quādo inceq̄les eq̄liū magnitudinis partiū sumūtur grauitates. Ita ꝛ de leuitate intelligas.

SEXTVM cap. cōtinet duas ꝛclusiones. et duas rationes ad p̄imam.

¶ Prima cōclusio. Nullū corpꝰ sensibile simpler: infinitū est. ¶ Hoc nup demōstrādū relictū erat: qō ostēdim⁹. ¶ Primo. q: nullū corpus aut a medio aut ad mediū latū: infinitū est. Omne autē sensibile simpler aut la medio aut ad mediū latū ē. nullū tale igitur infinitū. Aſ vero nullū corpꝰ a medio aut ad mediū latū infinitū sit: hinc liq̄t. q: lationes a medio et ad mediū adinuicē cōtrarie sūt: ꝛrie vero in ꝛria abeūt loca. Et si ꝛtrariorū vnū determinatū ē: determinatū erit ꝛ reliquū. At ꝛtrariorū vnū vt mediū determinatū est: q̄ vnūquodq; grauiū ferak. Nō enī ꝛtingit medio lōgius ptrāsire. Igik ꝛ reliquū determinatū ē. Nulla igitur rale infinitū. determinatis enī extremis: q̄cp̄ infinitū esse īpossibile est. Aſ si extrema sint determinata:

a media determinata esse necesse ē. Alioquin determinatis
e extremis itercluſū interceptūq; esset īfinitū. et īfinit⁹ in
f medio mor⁹ cōtingeret. qō ipossibile est. ¶ Secō. q: cū
g omne sensibile simplex leue sit aut graue: si aliqō tale in
h finitū ponas/ infinitā aut leuitatē aut grauitatē habere
i cōcedas oportet. Qō sic ostēdo. Sit a graue aliqō corp⁹
k simplex infinitū si possibile ē: b graue finitū. Et a capio
l grauitatē finitā quālibet vt scōm magnitudinē a e: q: sit finita ⁊ grauitas b finita: totiēs poterit sumi vt totā
m grauitatē corporis b finiti mensuret. Vt exēpli causa sit
n b decupla sumo decē partes īniti a: parti a e eqles que
o equā cum b retinebūt grauitatē/ ⁊ cū semp sumēdo partes tātas non cōtingat deficere: a infinitā cōtinebit grauitatē: quod erat ostēdendū. Neq; refert illas grauitates cōmēsuratas esse aut incōmēsuratas: itidē accidet quod volum⁹. Q; si iterū posueris grauitat; finite: alia subibis incōmoda: finiti et infiniti equā esse grauitatē: immo et finiti maiorē. Nam videm⁹ in finitis in maiori magnitudine: maiorē geri grauitatē. vt ī dupla duplā/ et ita deinceps. si itaq; sit finita: sit dupla magnitudini b. sumo b et c duplā finitā equā seruātem grauitatē q⁹ si sumis b d corpus finitū: maiorē corpore infinito retinebit grauitatē. esset igit infinita grauitas. Et cōsimiliter in infinito leui infinita leuitas. Vt vero infinitam aut leuitatem aut grauitatē esse impossibile est: quia cū grauitas aliquanto tempore et aliquāto mouet spacio: dupla idem eodē spacio mouet in tempore subduplo et ita semper vt quēadmodum grauitas crescat/ decrescat tēpus et minus fiat. Et cū omni ꝓportione grauitas infinita finite grauitatis vim superet motricem: oporteatq; mobile mouentiū virtutum excellentias et ꝓportiones sequi: ꝓfecto in nō tēpore aut minimo (nullū autē minimū) mouebit: vt q; oēm mouēdi ꝓportionē exced ēs: nulla ꝓportione moueat: qō ipossibile ē. Nulla siquidē infiniti ad finitū ꝓportio ē. Q; si cōtēdas in tpe moueris accidet grauitatē finitā ⁊ īfinitā eqli tēpore mouere qō est ipossibile Esto enī grauitas īfinita q: b finita. q: vtra q; in tpe mouet/ adinuicē mouēdi ꝓportionē habent: vt sit a dupla (quicūq; aliā dederis idē valeat) sumo b ⁊ c

duple grauitatis ad b: que duplā mouēdi ad b seruat ꝓportionē. eqliter igit cū a mouebit. q; cūq; enī ad idē cū dē seruāt ꝓportionē: illa vt equalē inter se habēāt necesse est: ⁊ non modo hoc: verū si b d finitā grauitatē sumeres: b d finita mouēdi virt⁹: īfinitā a mouēdi virtutē excederet ⁊ in minori tpe moueret/ q; si ipossibilia sūt manifestū est infinitū sensibile corpus esse nō posse. Sed id mentē in dubiū trahere posset: an plures sint mūdi: an mūdus vn⁹ infinit⁹. Nā ipsum aut finitū esse aut īfinitū
27 necesse est. ¶ Secūda cōclusio. Mūdus nō est infinit⁹. M. Concl.
¶ Juxta ea q; ꝓi⁹ allata sūt: ꝓpta est hui⁹ rei demonstratio. ¶ Nā aut esset similiariū partiū/ aut dissimiliū. Nō similiariū. Nī omne tale/ simplex ē: cui debet vnus mor⁹ aut circularis aut rect⁹. Modo vero ostēsum ē. nullū neq; circulo neq; recto actū: esse posse īfinitū. nō ē igit similiariū partiū. Neq; quidē dissimiliū. Nam aut esset ex specie īfinitis aut finitis: nō infinitis. Nā simplices mor⁹ specie finiti sunt. igit et simplicia corpa speciei diserimē habētia: finita sūt. Cuiuslibet enī corpis simplicis vn⁹ est mor⁹ simplex. neq; ex finitis erit. nā aut eorum oīa/ aut eorū vnū: infinitū esse oporteret. vt ignē/ aerē aquā/ aut terrā. hoc autē esse nō pōt. Nō. q: aut leuitas aut grauitas daret īfinita: q; īfinita dari nō posse mōstratū est. Secō. q: loca oporteret eē infinita. Tertio. q: mor⁹ essent īfiniti: ⁊ neq; ferrētur sursū neq; deorsum. Quod enī factū esse nō cōtingit: ipossibile est fieri. ⁊ ī quali ⁊ quāto et vbi. Vt qō factū esse nō pōt albū: vt albefiat ipossibile ē. Et qō cubitale factū esse nō contingit: ipossibile est cubitale fieri. et quod ipossibile ē peruenire in Egyptū: ꝓficisci in Egyptū haudquaq; valebit vnq;. Itaq; quod sursum aut deorsum esse nō potest: sursum aut deorsū feretur nunq;. Quarto quia aut tale infinitum moueretur secundū naturam aut preter naturam. Si preter naturam: ergo alius esset locus: in quē secundum naturā ferretur. Hoc autem impossibile. mūdus igitur infinitus esse non potest.

SEPTIMI CAP. NOTE

¶ Pati/ moueri.

¶ Primo. qz ex ipso: dēsitudine et raritate alia gigni volūt. Aerū enī vero ita dicētes: sibiipsis obuiāt: aliqd ipso elemēto/ pncipioqz: prius faciētes. Est enī rarior incōpositius: et in quod potior dēsiora resoluant: dēsior autem cōpositior. quare cū cōpositio sit ex elemēto: resolutio vero (quēadmodū aiunt) ad elemētū: potior ipsū rarior vt aerē: ponere debuerūt elementū. imo vero cū ipsi fateātur ignē esse oīm rarissimū: ipm maxime oīm ponere debuerūt elementū. Et nichil refert an ignis rarissimus sit admittāt/ necne. Nā alterū rarius admittunt. quare aut ipsum aut tandē dabit vnū quod principium erit et non ipsū mediū. ¶ Scōo nichil differt densitudine z raritate alia gigni: et grossitie et subtilitate Est enī grossum densum: subtile vero rarum. Rursum quid grossitie et subtilitate: illa gigni sit nisi magnitudine quadā et paruitate? Grossū enī magnarū partiū ē: subtile vero paruarū. Quod enī in multū extensum fuerit: subtile est. et ex paruis cōstare dicit partib⁹. Sed tunc quid obsecro aliud facere videntur: nisi rerū substantias magno et paruo discriminare. et omnia adaliquid facere. Sunt enī magnum z paruum adaliquid. quare nichil simpliciter absoluteqz: ignis aer aqua aut terra. qō ipsi viderīt. ¶ Tertio ꝓterea si ipa magno z quo diserīnāt: erit q̄dā ratio/ ꝓportioqz magnitudinū adinuicē ār̄e q̄ rōnē aeris ad aquā hz: aer est. et que aq̄ ad terrā: aq̄. Sit itaqz ignis in maiori ad aerē rōne aer ad aquā aq̄ vero ad terrā: qz ī maioribꝰ: minoꝝ rōnes isunt: erit igitur aliqd ignis sic se habens ad aquā: sicut aer. z aliquid ad terrā: sicut aq̄. ār̄e ipsi⁹: hoc erit aer/ illud vero aq̄. Hoc idē ostēdere liceret de terra: si maiores in dēsioribꝰ ascisc̄ rōnes. ¶ Scōa. q ignē: oīm ponūt esse elementū: rametsi hec diffugiāt incōmoda: i nouā tamē ignē oīm esse cidūt ateqz specularia. ¶ Nā hi bifidi/ bipartitiqz sūt. Nelementū poni figurā vt Pyramidē: igni accōmodāt: illi vero nullā. Qui figurā accōmodant: hi ineruditi⁹ et (vt ita dixequentiarum) crassiori mnerua id faciūt: causū subdētes: q acutissima figurarū sit Pyramis. Ignis autē acutissimū corpoz sit. Alij paulo persuadentioze nituntur rōnez: q̄ cōpora oia: ex eo quod simpliciorū/ subtiliorūqz partium est: cōponūtur. et figure solide ex Pyramidibꝰ abeunt cōponire. Quare cum ignis corpoz subtilissimum et simplicissimū sit: et Pyramis itidē solidarū figurarū simplicissima: iure igitur primo et simplicissimo corpori ascisc̄enda est. Quivero igni nullā ascribūt figurā ipsum solū subtilissimarū partiū esse ponūt. Ex quo vt tumescēre: alia gigni dicūt/ decisionesqz ex varijs tumoribꝰ fieri. Sed ita dicentibꝰ: accidere incōmoda: nunc aperiamus. Primo. quia si partes ille ex quibꝰ ipsum constituunt: indiuisibiles esse statuant. rationes prius posite ita esse vetant. et iterum quod subiungimus. Si itaqz indiuisibiles sunt: cum ex ipso constituatur aer/ aqua/ terra: talia corpora sibiinuicem partium proportione respondent. Que enim magnitudines similium partium (quales erunt indiuisibiles omnes) constituunt: proportionaliter adinuicem sese habent. vt omnes partes aque ad partes aeris atqz ignis: totum et ad totum et ita in ceteris. quāuis forte aer plus aqua habeat: et subtilissimum densissimo. quare si minor magnitudo in maiore existit: et ignis magnitudo sit maxima: resolubilis erit in aerem in aquam et reliqua. quare elementum non erit. Et ita si posueris aquam maioris magnitudinis: et ipsa erit et aqua et ignis. Et cur

Incōmoda ii Cōtra:

Cur antiq̄ figuram pyramidalē igni tribuerunt

etiã: cũ oĩa eq̃ simpliciũ partiũ fuerint: hoc q̃ illud potius statuak elemẽtã? Scõo esto. nũc agam⁹. dicãt esse diuisibile: q̃ figurã ei ꝓpriã ascribunt. Pars igit ignis nõ erit ignis: quia Pyramis ex Pyramidib⁹ nõ ꝙstet. imo corpus erit qõ neq̃ elementũ/ neq̃ ex elemẽto erit. vt pars ignis que elementũ nõ est: cũ minime sit ignis/ neq̃ aliud elementorũ quicq̃ neq̃ ex elemẽto est. Et q̃ figurã ipsi non ascisc unt: magnitudine determinant. q̃re aliquid elemẽti potius elementũ erit: cum sit minor part. ũ. et hoc abibit in infinitũ: aut tandẽ ad indiuisibile decumbẽt. Elementũ enĩ id erit: quod minimarum partium fuerit. Erit itẽ illa magnitudinũ ratio: quã supra arguimus: et hoc ad hoc ignis/ ad hoc aer/ ad hoc aqua/ atq̃ terra. ¶ Tertio. Et hi et ceteri q̃ vnũ solum

Vnũ solũ elementũ ponẽtiũ reprobatio

ponunt elementũ: cõmune viciũ atq̃ reprehẽsione incurrunt: q̃ vnũ solũ faciãt naturalẽ motũ. Qẽ enĩ naturale corpus: motũ habet ꝓncipiũ. oĩb⁹ igit existẽtib⁹ vnũ: vn⁹ erit mot⁹ et ad eũdẽ terminũ: vt si oĩa sint ignis: sursũ. et ꝓ maiora fuerint/ plusq̃ ignis habuerit; rãto velocius sursũ emicabũt. Quẽadmodũ maior/ molis ignis velocior sursũ latio est. nũc autẽ hui⁹ oppositũ videm⁹ i multis: q̃ maiora mole veloci⁹ deorsũ subruuntur. Nõ igitur omniũ elementũ erit ignis: aut aliud quodcũq̃: tũ ob ꝓdictas/ tũ ob alias a nobis ꝓpositas adductas ratio-

III. Con. Plura esse elemẽta et finita

nes. ¶ Tertia cõclusio. Plura et finita eẽ elementa necesse est ¶ Nã infinita eẽ nõ posse, ꝓbatũ est. nũc aũt, ꝓbatũ est nõ rãtũ esse vnũ. Sũt igit̃ plura et finita.

SEXTI CAPITIS NOTE

¶ Corpus/ corporeũ. ¶ Non corpus/ incorporeum.

Elemẽta nõ esse sempiterna.

SEXTVM cap. continet duas conclusiones. duas rationes ad primã. et duas ad secundã. ¶ Prima conclusio. Elementa: sempiterna esse: ipossibile est ¶ Primo q̃ videm⁹ ignem/ aerẽ/ aquã et terrã resolui. Aut igit̃ aliqñ resolutio stabit/ eritq̃ aliquãdo totũ resolutũ aut ipsũ infinitũ erit. Si infinitũ: et ei⁹ resolutio tempore erit infinito. et eius compositio tempore infinito. Et cum vnũquodq̃ natura constantiũ alio tempo-

re componatur et alio dissoluatur: accidet vnũ temp⁹ infinitũ: extra alterũ infinitũ existere/ et vnũ ꝓ⁹ altero eẽ Est enĩ cõpositio dissolutiõe ꝓior. Hoc autẽ ipossibile. Et si dissolutio alicubi stabit: aut hoc indiuisibile erit: hoc autẽ nõ ꝓpter ꝓius adductas rationes: aut diuisibile sed nũq̃ dissolubile: vt ipse dicebat Empedocles: hoc iterũ non. Nã si mai⁹ dissolubile corruptibile est: itidẽ et minus erit. Videmus enĩ in eisdem quod mai⁹ est: difficilius. minus vero facilius corrumpi. Quare cũ mai⁹ corrumpatur vt volunt: et ipsũ quoq̃ rationabilius est aliquãdo corrũpi atq̃ dissolui. Duobus enĩ ignẽ corrũpividem⁹. Primo. contactu cõtrarij. vt cũ disperit extinctus. Secũdo. vt in seipsũ marcescens tabescit/ deficitq̃. et minor (vt parua flamma) patitur a maiori. Et quanto minor tanto velociꝰ absumitur. Oportet igitur elementorũ corpora corruptibilia esse: atq̃ eadẽ in corruptibilia corrũpi. ¶ Secundo. cũ constet elemẽta generabilia esse: aut igitur generabunt ex nõ corpore. Sit qui dicit ex incorporeo ignem generari: nichil aliud dicit q̃ si vacuũ introducat separatũ. Qẽ enĩ qõ fit in aliquo fit. et in illo vbi ꝓius existeret idipsum ex quo fit. Qui si nullũ corpus existebat vbi genitũ est: vacuũ ergo erat. Si vero alterũ corpus posueris ꝓeter id incorporeũ ex quo fit: duo igitur corpora simul erũt: sez quod factũ est et qõ illic ante factionẽ/ generationẽq̃ ꝓexisteret: quod est impossibile. Manifestum itaq̃ esse puto elementa in corpora resolui: et ex corpore reparari/ atq̃ gigni. ¶ Secunda conclusio. Haud tamen existimandũ est: vnũ cõmune corpus eẽ alterũ ab ipsis: ex quo ipsa gignanꝰ: et in qõ ipsa resoluanꝰ ¶ Primo. qz illud re communi corpus: ꝓius esset elementis. Atqui ipsis elemẽtis nul gigni et in la sunt ꝓiora corpora. Sunt enim sensibilium corporũ nullũ tale rem ꝓima. Non igitur est tale vnũ aliquid cõmune corpus. solui. ¶ Secundo. quia aut grauitatẽ aut leuitatẽ habebit. Qui si sic: aliqõ elemẽtorũ erit. Omne enĩ simplex aut leue/ aut graue: aliquod elementorũ est: aut ꝓrsus grauitatis et leuitatis expers est. et tunc corp⁹ illud vt moueatur nullam retinet aptitudinẽ. Immobile igit̃ erit eiusmodi corpus et mathematicũ. Nec in loco vsplam

Elementa ex

Qui ignis duobus modis corrũpitur.

erit. Si enī in loco esset: aut moueret/aut quiesceret. et si natura quiesceret: in eū locū natura ferret. et si vi quiesceret: et vi et preter naturā ferret in eundē. Et si non est in loco ex eo nichil fiet. Quod enī fit: i eius (ex quo fit) loco: fieri necesse est. Quo fit vt manifestū relictū sit: cū elemēta nō fiant ex nō corpore/neq; fiāt ex altero ab ipsis corpore ipsa ex seinuicem fieri.

SEPTIMI CAPITIS NOTE

¶ Corruptibiliū principia/elemēta et corpora simplicia. ¶ Positio/opinio.

SEPTIMVM caput tinet tres cōclusiones. quattuor ratiōes ad primā et sex ad tertiā. ¶ Prima conclusio. Modus quo democritus et Empedocles generationē elementorū ex seinuicē saluare nituntur: irrationabilis est. ¶ Primo qz sua dicta ignorare videtur: cū vnūquodq; inquiāt ex vnoquoq; segregari/sicq; apparet generari: non generationē ex seinuicē facientes: sed apparentē generationē perinde acsi res invase deliteāt: quas in lucē et apparentiā pferas/dicasq; eas idcirco genitas. Sic aūt generatio minime fit: sed ex quadā subiecta/substrataq; materia. ¶ Secundo. Eadē magnitudo cum arctior/strictiorq; fiat: non videtur idcirco fieri debere grauior. quod quidem ipsi volunt: quotiens ex aere fiat aqua. ¶ Tertio. Quo pacto immixtum quod separatum fuerit: maiorem locum occupare necesse sit: et maius corpus i minore contineatur: quod tamen semper oporteret: quotiens ex aqua fit aer. Ampliorem enim locum semp factus occupat. ervnūquodq; rariorum et subtiliorum partiū quod aqua: feruore intumescens ostendit que adaucta mole: constricta vasa continentia etiam perfringit. Aut igitur erit vacuum/aut non extendentur corpora: quod et ipsi volunt. Sed certe irrationabile est: existente vacuo semper quod extrahitur: ampliore mole se diffundere necesse esse: quod tamen oportet cum ex aqua fiat aer. Et q cōfugiū suum nullū sit: ope vacui cōfidentium alio quoq; demōstratū est locorū: cū nichil prorsus eē qat vacuum. ¶ Quarto. Si eo pacto: segratione generatio fieret: tandē ex seinuicē generatio cassura/defecturaq; esset. ¶ Nā in magnitudine finita: infinita cōtineri ipossibile est. Si itaq; ex terra aquā dempseris aliquid ab eis distractum est et generationē factum. Deinde iterum demēdo: aut tandē absumit/stabiturq; aliquo aut sub mole finita: infinita sunt contenta. quod est impossibile Nō igitur semper ex seinuicem generari quibunt. Non est igitur quo modo Democritus/Empedocles q; volūt elementorum ex seinuicem generatio. ¶ Scōa. Elemēta: ex seinuicem transfiguratione non fiunt (quēadmodum ex eadem cera transfiguratione fit circulus et sphera) vt nonnulli volunt. ¶ Nam ipsa elementa: indiuisibilia esse oporteret: propterea q nō semp: Pyramis diuidatur in Pyramidem neq; cubus in cubum/neq; pignis erit ignis/neq; pars terre erit terra. aut corpora bis prius elemētorū: et quod nō resolue.ur in elementum et quodnon erit elementum. quando quidem figuram nulli elementorum habuerit accommodam. ¶ Tertia. neq; item superficierū resolutione: elementa ex seinuicē signuntur. ¶ Primo. Quia inconueniens est nō omnia ex seinuicem gigni posse: sed eorum vnū (vt dicunt) transmutationis esse ecpers. q paucioribus cōstet triāgulis et superficiebus. ex quo ideo gigni non potest: qz pluribus eget triangulis. Tum quia negant ea que certa sensum experientia: cognita sunt. Et huius quidem causa est: q ex nō bene sūptis principiis: omnia ad q̄sdā statutas opiniōes defēdēdas: reducere volūt. Atq; eterorū principia eterna esse videntur/sensibiliū sēsibilia/et corruptibiliū corruptibilia. Tū qz qui vsq; adeo suorū defendendorum sermonum sunt pertinaces: ipsorū sūt amatores. et quodlibet accidens ranq; vera habentes principia sustinent: ex cōsequētibus et maxime ex fine: recte iudicādi occasionē nō sumētes. Vt enī disciplie factiue finis op̄ est: ita et sēsibilia cognoscere/et que circa sensū versant: naturalis discipline finis est. ¶ Scōo ac-

¶ Cauillatiōis exclusio

II Conclu: Elementa ex vnius figure in alterā mutatione non gigni.

Nulla figura diuiditur in ptes homiomeras. III. Con:

Elemēta per superficierū resolutionē nō fiunt.

Multorū q̄ re literaria versant vicium.

I. Conclu: Elementa ex seinuicē segregatiōe nō generari.

Quō fiat generatio.

cidit ipsis:terrā maxime oīm esse elemētū fateri opor-
tere. vt que sola incorruptibilis existat:et in quam alia
resoluātur:que potiores videnť esse elemēti cōditiones
¶ Tertio. accidit eis:triangulos/superficiesq remanere
supfluas. vt cū ex illo quod plures triangulos habet gi
gnitur id quod pauciores habeat:supsunt residui: qui
profecto nō ꝙstituunt elementū simile ei ex quo genitū
est:q lōge plures requirat. Reꝯ aliud quodcūq. Erūt
igiť remanētes supflui/ociosiq. ¶ Quarto quia gene-
rationē:ex nō corpore faciunt: quia ex superficiebus.
¶ Quinto. aduersa disciplinis per multa confiteri co-
gunť. vt non omne corpus diuisibile esse: quod irrōna-
bile est. quādoquidēvel intelligibilis illa. Mathemati
ca corpora:discipline ipse diuisibilia esse concedāt. Et
hi vt suam tueantur positionem:non omne sensibile cor
pus diuisibile esse admittunt. ¶ Sexto. quia elementa
substantiasq elementorū: figuris determinant. vt ignē
Pyramide aut sphera. āre sicut diuisa sphera aut Py-
ramide:pteos:sphera/aut Pyramis nō existunt:ita par
tes ignis non erunt ignis. et ita de aere/aqua et terra.
quare aut ipsa indiuisibilia sunt:aut vt iam dixim⁹:ali
quid est prius elemento.

Quid octo-
cedra.

Quid ecoce-
dra.

Quid cubi-
ca.

Quid angu-
lus acutissi-
mus.

OCTAVI CAPITIS NOTE

¶ Octocedra figura est:q octo habet superficies ¶ Eco
cedra vero:que viginti superficierū est atq basiū. ¶ Cu-
bica autē quā Tesserarū figure exprimūt. ¶ Angulus
acutissimus qui ex sphere exteriori cōtactu causatur is
est:qui causatur ex linea recta regulariter super Diame
trum cadente:et circunferētie parte. quod decima quin
ta tertij demonstratur Geometrie.

Figure ele-
mēris nō cō-
uenīūt.

OCTAVVM cap continet duas cōclu-
siones. quattuor rōnes
ad primā. et septē ad secundā. ¶ Prima cō-
clusio. Irrationabiliter figuras elementis
adaptāt vt igni sphērā aut Pyramidē/aeri
Octocedrā/aque Ecocedrā:terre vero talarem et cubi-
cam. ¶ Primo quia accidet eas nō replere totū spaciū
In planis enī adiuicē nexe Trigone/Tetragone t De-

ragone totū replere videnť. In solidis autē tantū due
Pyramis atq cubus. et tamē cū plura duobus sint ele
mēta:plures solidas atq corporales/totū replētes su-
mere oporteret figuras ¶ Secundo. Omnia simplicia
corpora:a loco et cōtinente figurata videntur. maxime
autem aer et aqua. Nō igitur elementi seruant figurā.
alioquin nōvbiq assequerentur ac tangerent cōtinens
quod est impossibile ¶ Tertio. si transproportionetur
aqua:vt si quoquo pacto in Pyramidem aut cubum fi
guretur. nō erit amplius aqua:si elementa figuris diffe
rant. Hoc certe falsum est:et hoc nos docere videtur na
tura:et nō preter rōnē euenire. Mā subiectū et materiā
oportet eē informē et sine vlla suapte natura specie. Sic
enim (vt scribitur in Timeo) melio vnicuiq aptari po-
terit/meliusq speciem recipiet omnē. ita et de elemētis
putare oportet:que cōpositis futura sunt vt materia. vt
sine huiusmodi figuris:adiuicē pati/alterari/atq trās-
mutari queant. ¶ Quarto. et os et caro et alia ꝙtinua
ex elementis esse non poterunt. Mā elemēta ex superficie-
rum cōpositione gigni ponunt. non autē ea que sunt ex
elementis. Quo fit vt si quis acute velit intueri et eorū
rationes examine pēsiculare: ex entium natura gnatio
nem auferre videanť: nisi trāssumptione quadā: elemē-
54 ti generatione et ceterorū generatiōe vti dicanť. ¶ Se-
cunda. Reꝯ quidē figure:elementis ascisce de sunt ob
ipsorū motus affectionesq. ¶ Hanc enī ob causā: faci-
unt hi ignē:spherā. hi vero Pyramidē:q hec maxime
sint mobilia/tangantq minima/et nequaq firmiter ta-
centia. Ignis autē maxime mobilis et minime fixus ē.
Et anguli vt aiunt:est calefacere et maxime calefactiōe
incendere. ignis aūt calefactiuus et incensiuus est. ideo
hi Pyramidē esse dicunt:q tota sit āgulus. hi aūt sphe
ram:q angulū:extra tāgendo ꝙstituit oīm acutissimū.
Et terre:cubū ascribūt:q hec figurarū ad bene manen-
dū aptissima sit:maneat autē oīm firmissima terra. Sz
hec nō recte dicta esse apparet. ¶ Primo quia tamen si
sphera motui sit aptissima: nō tñ motui qui igni appro-
est (Est enim motus sursū rectus igni proprius) sed cir
culationi aut volutationi. Et terra nō vbiq manet: sed

55

Quare anti
qui elemētis
attribuebāt
figuras.

Sperā mo-
tui ignis nō
esse aptam

in loco suo quēadmodū et elemētorū cetera. Quare sua rōne vnūqōq; elemētorū extra suū locū : Pyramis erit aut sphera: q; bene moueak: r in proprio loco q; fixe maneat r ster: erit cubus. ¶ Scōo. si ignis calefacit r ardet: q; angulos habeat: ola elemēta calefactiua erunt: licet forte alterū altero minus. Nā ola habent angulos et cubus erviginti basiū Ecocedra: et octo basiū. Octocedra et Pyramis. Inquit enī Democrit⁹ sphera q̄dē r angul⁹ ens quiddā exurit et ardet. ¶ Tertio id pmanifeste falsū esse: Mathematica pandūt. nā si sphera et Pyramis calefacit et ardet: corpa Mathematica calefacient et ardebunt. Habent enī ilia: et spheras/ r Pyramides/ et angulos/ et idiuisibilia: que si ita sese habeant et in Mathematicis sint magnitudine idiuisibilia cur ergo nō calefaciāt/ ardescātue et tamē ꝓpter easdē causas: ignis calefaciat/ exurat/ et ardeat? differētiā adducāt causāq; assignent oportet. manifestū ergo esse videtur nōvt dicūt ita esse dicendum. ¶ Quarto si ignis sphera/ Pyramisue est: et quod ardet ignitur: priu⁹q̄ ardet speram/ Pyramidēue fieri necesse ē. q̄ ꝯ falsum sit: vel viderint ipsi. ¶ Quinto cum ptes ignis sint ignis: si ipsū diuisibilē statuāt: vt eius incisionē et diuisionē quācūq; rō figure seq̄t: necesse ē: si ignis ptes : ignis eē debeant. quod tñ accidit. Dicere enī spherā nō nisi in spheras: et Pyramidē nō nisi i Pyramidas solui posse: pslmile est ac si quis proloquatur/ dignificet/ aut ponat gladiū nō nisi in gladios: et serrā nō nisi in serras: diuidi posse. ¶ Sexto ridiculū certe est : igni Pyramidē attribuere: q; figurarū aptissima sit ad secandū/ diuidendū et separandū: Nā magis igni proprium est cōgregare et ad cōtinua reuocare. Congregat ei ea que eiusdē rtibus sunt. Et hec congregatio per se est. Est enī ꝛtinuatio et vnitio: segregatio autē per accidēs. Congregat enī (vt dictū est) quod eiusdē generis fuerit atq; tribus (quod dicunt Homophylon) et segregat alieū. Debuerunt igitur horum duorū ei figuram magis aptare: quod magis ei proprium est et ꝛpetit. Hoc autem est congregare: et non dissipare et disgregare ¶ Septimo calidum et frigidum virtute contraria sunt. Atqui frigido contrariam assignare nequimus figuram. Nā figure nichil est cōtrarium. Et certe ipsi figuram assignare pretermiserunt omnes: et tamen cōueniebat aut omnia determinare figuris: aut nullum attentare. Cur enī potius hoc ꝙ illud? Sibiꝑsis dissident quidam : superbias ferrevolentes. Aiunt enim frigidū magnarum esse partium: quapropter constringit/ et per pozos trāsire expirare et diffari nequiterit igitur calidum transiens. tale autē omne: subtiliū est partiū quare calidum et frigidum: magnitudine et paruitate/ et non figuris (vt defēdere volunt) determinant. Quā rem si ptinaci⁹ defēdere pergāt: et in igne magne sint et parue. Pyramides: magne nō erunt ignis: et figura illa nō erit causa caloris: quin potius contrarij effectiua. Magnū enī (vt aiunt) frigefacit. Ex his itaq; pmanifestum esse putamus: elementa/ passiones/ affectionesue elemētorum: non esse figuris discriminandas. Sed que eorum proprijssime differentie sint/ et a quibus passionibus/ operibus/ et virtutibus pendeant (Habet enī eorum vnūquodq; a natura: proprias et passiones/ et opera/ et virtutes insitas/ et determinatas) futurus sermo idicabit Quod cum cognitum fuerit vniuscuiusq; ad vnūquodq; alterum differentias accipere: ꝙ facillimum erit.

Tertū de celo et mundo
Aristotelis finis.

Figuras in homiomera omnino diuidi.

PRIMI CAP. quarti de celo note.

¶ Posse natura moueri/ aptū natū moueri. ¶ Sursū simpliciter/ extremū celi lune ¶ Sursū ad alterū/ extremū ignis. ¶ Extremū/ cōcauū. Deorsum simplr/ terra. ¶ Deorsū scōm alterū/ aqua: naturali rerie/ situq; seruato. ¶ Antipes/ ex opposito ad alterū pedes hūs.

Quid sursus simpliciter.

Quid sursū ad alterum.

QVARTVS de celo. ꝛtinet sex cap. Primū vnā cōclonem duas rationes ad eā. duas diuisiones. et quinq; diffinitiones. Cōclo. quid graue quid leue/ et que/ vtriusq; natura existat disquirere conueniens est. Primo quia hec contemplatio sermonibus (q̄ de mo

Conclusio.

tu sunt) propria est. Diffiniemus enī graue et leue q̄ posse natura moueri/quorū actib⁹ nomina nulla posita sūt Nos autē hoc in loco de eorū motib⁹ intendimus: conueniens igit huiusmodi disquisitio est. ¶ Secundo q̄ omnes antiqui virtutibus grauiū et leuiū vsi sunt: sed per pauca determinarūt. conueniens itaq̄ erit (que ab alijs dicta sūt adducēdo) tūc de ipsis considerare: quātū nostro subseruiat proposito/et nostrā aperiret sētentiā ¶ Prima diuisio. Grauiū quoddā est simplicit graue

Duplex esse graue.

Duplex esse leue.

q̄ quoddā graue ad alterū. quēadmodū ex ligno dicim⁹ eē graui⁹. Itidē leuiū hoc simplicit leue/illo vero ad alterum. Et de graui simpliciter et simpliciter leui nichil meminerunt. neq̄ diffinierunt quid aut graue aut leue ad alterum: sed habētiū grauitatē aut leuitatē q̄d grauius aut leuius. ¶ Secūda quedā semp a medio ferri nata sūt: et hec sunt que sursū feruntur. quedā vero semper ad mediū: et sūt q̄ ferūtur deorsū. Sz existimauerūt quidā (et absone quidē) nō esse sursū aut deorsum in vniuersoꝝ q̄ ex oī parte similes habeat partes. vt si q̄s tantum ambulet vt suo primo loco fiat Antipes: cōsimiles habebit mundi partes. quare nō p⁹erat sursū tunc vero deorsū. Nos dicimus sursū et deorsū nō relatione ad nos sūpta accipi oportere: sed vbicūq̄ fuerit celi extremū: ibi sursū. vbi vero ei⁹ mediū: ibi deorsū. Quare qui antipes ita ābulādo fieret: semp esset deorsū. Neq̄ idverū est (quod putauerūt aliqui) hemisperiū celi supra nos sursū: sed totū (quod pedibus nostris e regiōe subsitū est) deorsū esse. quia credebant ex opposito non esse aliud celi occultatum Hemisperium/quod falsū est

Quomodo capiatur sursum et deorsum.

Quid graue Quid leue.

Ex his q̄d graue et quid leue elicere poterim⁹. ¶ Prima diffinitio. Graue est quod ad mediū ferri natum est

Quid simpliciter graue.

¶ Secunda. leue quod natū est ferri a medio. ¶ Tertia. Simpliciter graue est quod simpliciter deorsū et ad mediū fertur. ¶ Quarta. Leue simpliciter est quod sursum fertur et ad extremū. ¶ Quinta. Graue ad alterū est cū paris duobus equalis molis grauibus: alterum deorsū velocius/et alterū tardius feratur: quod velocius fertur grauior dicit/quod tardius min⁹ graue et ad alterū graue. Et ita de leui ad alterum suo modo sursū enī

Quid leue simpliciter

cando dicendum est.

SECVNDI CAP. NOTE

¶ Eisdē/similis nature. ¶ Trigon⁹ triāgulus. ¶ Solidum/corpus plenum.

SECVNDVM cap. cōtinet quattuor cōclusiones. q̄ttuor de graui et leui opiniones excludentes. et quinq̄ rationes ad tertiā. ¶ Prima de graui et leui Platonis in Timeo insufficiēs determiatio ē. ¶ Scripsit enī in Timeo Plato id grauius esse: q̄ ex plurib⁹ ui insufficiēs eisdē vt superficieb⁹ aut Trigonis cōstat: vt plumbū plūbo/et es ere et vnūquodq̄ aliorū: altero eiusdē speciei et nature. et id leui⁹ q̄ ex pauciorib⁹ eisdē. Sed hanc determinationē īsufficientē esse cōstat. Nā hoc determinātes nichil adducūt de graui simpliciter et simpliciter leui: vt terra q̄ semp grauis est et q̄ semper ferē ad mediū/et igne q̄ semper leuis ē et semp sustollit ad summū. Nō enī id dicere possunt nūc paucitate nūc multitudine triangulorū. Nā maior ignis quādoquidē ex plurib⁹ consimilib⁹ cōstaret: grauior esset et tardi⁹ sursū agitaret: cuius oppositū euenire videm⁹. Quāto enī ex plurib⁹ cōstet et maior fuerit: sursum ferē veloci⁹. Et paucus magno citi⁹ petit ad deorsū. est igit huiusmodi insufficiēs determinatio ¶ Secūda cōclusio. Neq̄ probandū est quod antiquiores senserūt id esse graui⁹ q̄ mole esset maius ¶ Nā etsi in diuersis statī nō ita esse oportere appareat nō semp esse vt modica terra et magno igne/paruo ere et multa lana/grauius. in cōsimilib⁹ etiā vt mixtis minora quādoq̄ percipim⁹ graviora. alioquin esset oīa ex eque grauib⁹ constituta: et eque dēsa omnia. quod falsum esse satis cognoscitur. ¶ Nō igitur probādū est quod sit altero maius: semper id esse graui⁹. ¶ Tertia neq̄ id Democriti approbādū est graui⁹ esse cui minus interceptū fuerit vacui. Et letius cui plura intercipiant vacua. ¶ Ponebat enī Democritus ex solidis et insecabilibus corpusculis orīum trahere omnia: et vacuū reb⁹ immiscēri. Et ideo illa q̄ ex equalib⁹ cōstarent Atomis: iterdū se habere vt hoc magnus vt ignis/ et illud minus vt terra existeret. q̄ solida

Dēsa

Quod alterō maius

Democriti reprobatio.

ignis plus interstite vacuo distarēt. Et hinc fieri vt ignis leuior: terra vero grauior fiat. Sed satis asseruisse fuisset nō id esse leuius: qō plus vacui haberet: sed qō plus vacui et minus solidi. Alioquin multū terre (q plura in rarefacta cōtineat vacua) igne paruo erit leuius. Sed hec nō sane defendi posse ostēdimus. ¶ Prīo. q: aut determinat graue p solidū t leue p vacuū/ vel graue p minus vacuū t leue per maius/ aut vtraq rōne quadā t ꝓportione solidi ad vacuū. Nō graue/ solidius: et leue/ vacuo. Nā in multo igne plus solidi adest q sub terre pusilla quātitate. Et in multitudine aque plus vacui q paruo aere: quare multus ignis parua terra grauior et multa aqua paruo aere leuior. qō est ipossibile. Neq graue minore vacuo/ et leue maiore determinabūt. Nā tūc multa terra (vt q plus vacui habeat) q semp deorsum ferat: leuior esset quo igne semp sursū lato t leui simplr. qō est ipossibile. Simplr enī leue: semp leuius quibuscūq habētibus grauitatē. Neq determinabūt vacui ad plenū facta ꝓportione. Nā accidit īmixtū vacuū cōcedētibus: minoris ignis vacuū ad suum plenū eandē seruare ꝓportionē que et in maiore seruatur. et ita de modica t multa terra. Quare magnus ignis et paruus eque leuia erequaliter sursum lata/ et magnū graue t paruū deorsum. ita autē fieri nō potest. nā maior ignis minore velocius sursum fertur: t maius graue minore velocius deorsum vt maius aurū aut plūbū minore auro aut plūbo demergitur velocius. ¶ Secūdo. quia inconuenies est dicere vacuum mouere sursum: et ipsum nō potius moueri. Ira et solidū. Quod si dixerint moueri: satis erat de motu vacui et motu solidi p se determinasse et nō de cōpositō: motu. quod minime aliquis eorū fecit. ¶ Tertio. si vacuum tēderet sursum et solidū deorsum: quid ꝓhiberet ea seiungi atq separari? ¶ Quarto. inconuenies est vacuo sursum regionē facere: at potius esset regio. et si moueretur: ei esset locus, q omnia alibi patefacta sunt nō esse. ¶ Quinto. quia quereretur que vacui motus causa esset et que causa solidi: t cadē soluendi vrgeret difficultas. ¶ Quarta cōclusio. Neq existimandū est plus materie maioris causam esse grauitatis/ et minus minoris:

Materia velocitatis et tarditatis motus nō est causa.

siue omniū vnam faciūt materiā/ siue cōtrarias: vt vnā que faciat vacuū/ et alteram que plenū. ¶ Nam si omnium vnā faciant: michil erit simpliciter leue: q: continget et minus materie habere. neq simpliciter graue: sed omne simpliciter aut graui aut leui deficiet. Et multus ignis pauca aq erit grauior. quod ipossibile est. Quid enim prohibet multum ignem plus materie modicula aqua habere? Si fecerint cōtrarias: tantū ponunt graue et leue simpliciter et intermedia negant. nō igitur vt dicunt ita existimare oportet.

TERTII CAP. NOTE

¶ Ad speciem/ ad formā/ ad perfectionē. ¶ Secundū substantiam/ secundum perfectionem.

TERTIVM cap. cōtinet vnā cōclusionē vnū corelariū. et duas differentias mobiliū secundū locum ab aliis.

¶ Cōclusio vnū quodq sensibiliū in suū locum cōsimiliter fertur vt ad speciē. ¶ Nam tres sunt motus species: scīm quātitatē/ scīm q̄litatē/ et vbi: t secūdū quātitatē t qualitatē fit mutatio ex determinato in determinatū: vt ex cōtrario in contrariū aut secundū media. t nō indifferēter in q̄libet. vt augmentabile vt augmētabile est crescit: et nō alterat. et alterū augmētabile et alterū augmētatiuū/ t alterabile et alteratiuum/ ita loco mutabile vt tale loco mutat. vt leue sursum/ t graue deorsū. Et sursū motiuū suapte natura leuefactiuū: et deorsū/ grauefactiuū. Et sursū mobile (si liceat nobis vti) leuificabile/ et deorsū mobile/ grauificabile. Sed q hoc pacto vt ad speciē natū sit ad suū locum moueri hinc sumit indiciū. q oīa que hūc in modū feruntur: cōtinent sursum et deorsū: et hoc modo vt continens sit vt species cōtenti/ semper certe qō superius est ad id quod sub eo est: vt species ad materiā sese habet) vt celū cōtinet ignē/ ignis aerē/ aer aquā et aqua terrā. et hūc in modū mouētur: et ita mota describūr. Mouētur igit oīa cōsimiliter t suapte natura ad sua loca t vt ad speciē. Querere certe ꝓpter qd leue vt ignis ferat sursū/ et ꝓpter quid graue fertur deorsū t nō alio: perinde est

Vniq ꝙ eleméto ad suum locū naturalē moue tur vt ad suā perfectionē.

stoꝫ si quesieris ꝓpter quid sanabile in sanitatē transmutatur/ et non in albedinē. Et cur augmētabile in magnitudinis incrementū/et non in sanitatē. Simile enī ꝛ in quanto et in quali/ꝛ in loco. ¶ Cōrelariū. Unde fit manifestū: nō esse vt antiqui voluere hec in rerū ordine sic moueri: qz simile moueatur ad suū simile. Nā si intelexeris terrā in orbē lune transtatā/siue partes nō idē circo de mūdi centro (quia eis ipsis sit similis) mouebunt ad illā. Sed si de cētro demurētur: relabētur: ad centrū nam vbi totū: et totis partes ferri nate sunt. ¶ Que differentie mobiliū moferentie mobiliū motus secundū locū et alios. ¶ Primus secundū motus. quia secundū locum mobilia leue ꝛ graue: habēt in locū ꝛ aliorū/seipsis principiū sui motus. augmentabile ꝛ alterabile principiū sumūt ab extra: quāuis et aliquādo ab intra. ¶ Secundo. quia mobilia secundū locum vt graue ꝛ leue: habent sua principia substantie propinqua. Alia vero remota. Cuius signum est. quia latio absolutorū atq; cōsecutorū complementū est: et generatione vltimus motus: quare erit secundū substantiam primus. Cū enim fit ex aqua aer: ex graui fit leue: ferturq; ꝙ primum fursum tam aeru existēs et quātum et quale et vbi. Conueniunt tamen quia quēadmodum amoto impedimēto: presente nutrimento: augmētabile augetur/ꝛ psente alterāte: alterabile alteratur. Ita graue extra suū locum positū: amoto impedimēto: in suū locum fertur/et leue in suum. nō esset primum impedimentū remouens et vnde resilit. Sed de his in Physica discussum est sufficiēter.

Antiquorū cōfutatio.

Eorū cōuenientia.

NB

QVARTI CAP. NOTE

¶ Omnibus/ceteris/omnibus alijs. ¶ Substat/natū est substare. ¶ Grauitas aeris insigne/minor leuitas. ¶ Leuitas aque in terra minor grauitas.

QVARTVM cap. continet quattuor diffinitiones. Duas cōclusiones. tres rationes ad secūdā. ¶ Prima diffinitio. Graue simpliciter est qđ omnib⁹ substat. vt terra. ¶ Secūda Leue simpliciter: qđ omnib⁹ supeminet. vt ignis. ¶ Tertia. Grave secundū alterū graue est cui ambo cōueniāt. vt aqua

Quid graue simpliciter.

Quid leue simpliciter.

Quid graue scōm alterū.

substat aeri et supereminet terre/ ¶ Quarta. Leue secūdum alterū leue est: quod substat et supereminet. vt aer igni substans: et aque supereminēs. Et hec ipsis secūdū seipsa ꝛ eorū quātascūq; particulas cōuenit modo qđ dictus est: aut substare aut supereminere. Et quecūq; mixtorū grauia sunt aut leuia: ab his sue grauitatis et leuitatis sortiūtur naturā. Et nō quod in aliq̄: altero gratuius fuerit: ī quocūq; eodē grauius esse oportebit. Nā ligni talentū: paruo plūbo in aere grauius est: plumbū autem in aqua graui⁹. Et hoc ideo est qz omnia elementa ꝓter ignem videnť quodāmodo habere grauitatē aer in igne: et quodammodo in seipso vt vtrē inflatum aiunt: plus trahere nō inflato. Aqua in igne et aere. Et terra ī igne/aere et aqua. Hinc fit vt quod plus terre in aliorū ꝓportiōe habeat. vt plumbū cū peruenerit ad aquam inueniaꝫ grauius. Et quod plus aeris vt lignū: ꝙ aque et plusꝙ terre bene in aere inueniť graui⁹: et in aqua min⁹ graue. ¶ Prima cōclusio. Est aliquod graue simpliciter et aliquod simpliciter leue. ¶ Nā est aliquod vt terra: quod semper nā phibitū fertur deorsum: vbiq; grauitatē habēs. ꝛ aliquod quod semper sursum vt ignis et vbiq; leuitatē habēs. Est igitur graue aliqđ simpliciter: et simpliciter leue. ¶ Secūda determinatū Ignis leue est medium: quo grauia feranť: et extremū ad quod ferūtur et leuia. ¶ Primo. quia nō cōtingit graue in infinitum ferri: neq; leue. Sūt igitur ea ad que ferūtur determinata loca. Hec autē sunt mediū et extremū. Sunt igitur determinata. ¶ Secūdo. Quia grauia ruūt ad ānulos pares et leuia ita ascendūt. Est igitur determinatum mediū: quo versus grauia ferūtur. quod an sit vnuer sī mediū: an terre (qz idē esse cōtingit) dictū est ꝓp⁹. quare et extremū determinatū. ¶ Tertio. Simpliciter graue omnib⁹ subsidet. Simpliciter igitur leue ei cōtrarium omnib⁹ superferť: et locū habebit cōtrariū. Nam contrariorū cōtraria sunt loca. Q; si cōtraria determinata sunt: et hec mediū sunt et extremū: confectū est ꝓposituū. Unde iterū recte euenit vt quia duo sunt cōtraria loca: mediū et extremū: duo sint extrema contraria: simpliciter leue ꝛ simpliciter graue: que in ipsa ferātur:

Unde mixtorū grauitas aut leuitas.

Terra graue simpliciter/

NB

inter que media sint: que e litremorũ naturã ad alterum participare videant. Fit etiã vt que sursũ ferãtur per fectiora sint. Nam cõtinent: grauia vero t deorsũ lata cõtinentur. Et continere formẽ est: cõtineri vero materie.

QVINTICAP. NOTE

¶ Ad/difficultate.

QVINTVM cap. cõtinet duas cõclusiones, duas rationes ad primã. et duas ad secũdã. ¶ Prima cõclusio. Quattuor sũt elemẽta. ¶ Primo. quia vnũ est elemẽtũ semp natũ ferri sursum. Et cõtrariũ semper natũ ferri deorsum. Et sunt duo que modo sursum: modo deorsum cõparatione sumpta ad alterũ/feruntur. Sunt igit quattuor. ¶ Scõo est vnũ graue simpliciter: vnũ simpliciter leue: vnũ graue secũdum alterũ: et vnũ secundũ alterũ leue, que modo (qui dictus est prius) ferũtur: nunc hic nũc illic grauitatẽ et leuitatẽ seruãtia. Sunt igitur quattuor elemẽta. Quare t tot sunt particulares materie. vna tamen omnium nature similitudine cõmunis est. Nam ex altero fit alterum. Et q terra solam grauitatem habeat: et ignis leuitatem solã: aer t aqua leuitatem et grauitatẽ secũdũ alterũ: hinc sumitur indicium. quia terra per omnia alia grauitate sua premitur deorsum. Et ignis p omnia: leuitatis beneficio facile cõscendit ad extremũ. Aqua autem igne et aere descẽdit sua grauitate depressa. t p terram nõ: sed per eam pori⁹ vt nõ omnino leuitatis expers cõscendit. Et aer per terrã et aquam: sua leuitate intus ascendit. non per ignẽ: sed per ignem vt grauitatis vrẽs officio: descendit. Et q̃ in suis locis plus grauitatis possidere videãtur: hinc videtur posse sumi argumentũ. q: detracta terra: facile aqua ad locũ terre descẽdit. et detracta aqua: ad locũ aque facile aer. Detracta vero aãre nõ facile terra. Et detracto aere: nõ sic facile aerio locũ subit aqua. sed difficultate quadam. vt quẽadmodũ quando simul cũ superficie eã tangente eleuat: superficiẽ secuta vt vacui ipossibilitatẽ fugiẽs ascẽdit. Et substracto igne: nõ sic facile aer ascẽdit: sed difficultate q̃dã. vt

Quattuor eẽ elementa.

Aere p igne descendere.

23

quẽadmodũ substracto aere: ipe ignis difficile descẽdit

23 ¶ Scõa ratio. Nõ olim elemẽtoꝝ vna est materia vt vacuũ/solidũ aut triãguli: q̃ diuersitatũ motuũ eoꝝ causa eẽ possit. ¶ Primo. q: ola aut esset grauia aut leuia: et ola sursum aut deorsum ferrẽt. ¶ Scõo. q: si ponãt solidũ causã: magn⁹ aer velociꝰ fera: ferret deorsum. Si vacuũ magn⁹ aer velociꝰ puo igne sursum. Nã hunc plꝰ vacui: illuc vero plꝰ plenũ hẽre cõrigeret. et ita ii triãgulos posuerunt. huiꝰ aut oppositũ semp in natura cõpertũ est.

Elementorũ nõ eẽ materiam sicut antiqui voluerunt.

SEXTICAPITIS NOTE

¶ Ad minicula/adiumentũ. ¶ Angusta stricta. ¶ Fusam amplam.

SEXTVM cap. cõtinet vnã q̃stionem. vnã q̃stionẽ. responsionem Democriti. et ꝓpriã solutionẽ. ¶ Cõclo. figura: motũ sursũ aut deorsũ nõ efficit: sed causa vt motus velocior aut tardior sit existit. Nã corpa mouẽt diuidẽdo medium. Figura aũt (tãetsi vim mouẽdi nõ habeat) medy diuidẽdi ꝑbet nunc ad minuculũ nunc ꝑpedimẽtũ vt q̃ acumẽ angulũq; habeat facile penetret: q̃ vero lata/expansa/ obtusa: ad diuidendũ sit hebes. Nõ est igit figura: motuũ aut sursum aut deorsũ effectiua: sed pori⁹ motꝰ velocitat̃ aut tarditatis causa. ¶ Questio. Cur corpa lata: vt ferrea t plũbea p aquã nõ descendãt: et eadẽ rotũda/ aut longa vt acus: cita velocitate mergãt: Et ita q̃reret cur minuta corpuscula vt pulueres/ descendãt p aera: t maiora maneant pẽdula: ¶ Respõdebat Democritꝰ: huiꝰ causã esse vaporũ multitudinẽ: q̃ ab aq̃ emittit̃/ et q̃ corpi lato in superficie obuiãs ipsũ sustinet: et eiꝰ casũ defendit. Angusta vero corpa: ob paruitatẽ non ipedit. Et cũ instet. Cũ expiret tanta ab aqua vaporum multitudo in aere recepta: quomodo illius corporis casum in aere non prohibet: cũ si hec causa esset: deberet potius idin aere percipi. Soluebat id esse: quia vapores in aere se nimis diffundant et segregẽt: visq; illa dispersa et discollecta mouere minus sufficiat. Sed eius solutio debilis est: poteritq; hoc aptari commodius. Corporum quedam

Figurã velocitat̃ aut tarditatis motꝰ causam esse.

Questio.

Respõsio.

Corpa magis terminabilia esse magis diuisibilia.

Lata difficulter secare.

Lata difficulter terminabilia.

fūt facile diuisibilia. vt q̄ sunt būterminabilia et q̄ magis et magis. vt aer magis terminabilis est aqua: ideo magis diuisibilis. et aq̄ magis terminabilis terra: ideo diuisibilior. terra vero ad diuidendū inepta. ⁊ eiusdē corporis paucitas: diuisibilior multitudine existit. Hāc fit vt fusū latitudinē habēta: plus sub se cōprehendant: et ideo difficilius secēt et diuidāt: rotūda vero minus/ ⁊ longa/ et acuta. Et ideo insit eis quedā diuidēdi habilitas et velocius ferant mota. Lata vero (modo paria sint) tardius. Et talia p aerē velocius: q̄ diuisiōi perutor/ p aquā agitant tardius. Cū tñ lata ipsa: suspēsa imota hereant: ex virtutū cōparatiōe cognoscit. Hā grauitas virtus quedā est: et medij distractio virtus altera: quā cū grauitas superet mouet deorsū. Si vero superet et fiat debilior nō diuidit neq̄ distrahit. et tūc suspēsa sine motu/ supfuscaq̄ manēt corpa. Sed de graui ⁊ leui suisq̄ accidētibus dictū hactenus putetur sufficienter.

Quarti de celo et mundo Aristotelis finis.

¶ Jacobi F. stapuleñ. in duos libros de ghatiōe et corruptione Aristotelis Paraphrasis

PRIMI CAPITIS

primi de generatione note.

¶ Pansperma/ totū semē. ¶ Alteratio/ accidentalis mutatio: secundū accidens facta mutatio. ¶ Mixtio/ congregatio.

LIBER de generatiōe et corruptione ⁊tinet duos partiales libros

Primus decē cap. Primū cap. tres cōclusiones. duas antiquorū de generatiōne opiniones post primā. et sex rationes post tertiā ¶ Prima conclo. de generatione autē et corruptione natura genitorū et corruptorū: de causis horū: quid alteratio: quid augmētatio determinādū est. ¶ Hā de his varie fuerūt antiquorū dissentiones: que per hanc (veritate cōspecta) rollent determinationē. ¶ Hue de hac re antiquorū opiniones. ¶ Prima est ponentium

Prima antiquorū opio.

ola esse vnā: et ola ex vno generari. et hi ponūt ghatiōnē alterationē esse: et generari alterari. ¶ Secūda est ponentiū plura materialia principia: ex q̄bus ola conflent. Et hi sunt Empedocles/ Anaxagoras/ Democritus et Leucippus. Empedocles enī posuit quattuor elemēta simplicia: rerū materias: et litē et amicitiā efficiētia principia. Anaxagoras infinitas Homiomerias atomos. vt os/ carnē/ neruū. (quorū q̄libet pars: totius naturā arq̄ nomē retinet) rez materias. Democritus et Leucippus: infinita insectilia corpora (ex q̄bus ola parent) positione/ figura/ et ordine dissidētia. Et hi oēs volūt aliud esse generationē et alterationē: pter Anaxagorā (q̄ ppriam vocē ignorauit) dicentē generari et corrūpi: cū alterari tātū esse. Et maxime aduersat Empedocli. Hā Empedocles quattuor elemēta posuit: et carne et osse et neruo ⁊ similibus simpliciora. Ille autem econtra: os carnē neruum et similia elemētis: igne/ aere/ aqua/ terra simpliciora: et eorū greco vocabulo pansperma. ¶ Secunda conclusio. qui ola dicūt esse vnū et ex vno constituūt omnia: generationē ab alteratiōe differre defendere non possunt. ¶ Hā semper vnū eiusdēq̄ nature subiectū est mutationē autē (q̄ subiecto vno codēq̄ manente aduenit) alterationē nuncupamus. ¶ Tertia. qui plures rerū ponunt materias: generationē ab alteratiōe differre dicunt: quam ex suis dictis saluare impossibile est. ¶ Primo. quia dicunt generationē et corruptionem: mixtionē esse et segregationē: et calidū/ frigidū/ humidum/ et siccū: albū/ nigrū/ molle/ durū et ceteras passiones ppias esse elementorū et (ex q̄bus cetera pariant) ꝓncipiorū vt Empedocles dicit ignē calidum et album aquā frigidā et nigrā. Sed cū diuerse sint horū materie: ex igne non fit aqua aut vnūquodq̄ reliquorū ex reliquo: igitur neq̄ fiet ex calido frigidum: ex molli durum aut vnum aliquid talium ex altero secundum ppriam alterationem. oppositum tamē horū videmus. nā re et a concretiōe ⁊ secretiōe cessante: cā videm⁹ nunc augmēto excrescere: nunc decremento minui secundum quantitatem: nunc calidam: nunc frigidam fieri secundum qualitatem. ¶ Secundo. quia in omni mutatione con

trariis subijciēda est eadem natura: siue hec transmutatio secundū quantitatē: secundū qualitatē siue secundū locū sit sumpta. id autē plures variasq; subijciendo materias: facere non possint. ¶ Tertio: q: si alteratio est: rerū adinuicem transmutatio est. ¶ Si si est: multe (vt dicunt) diuersēq; nature non sunt materie. nam oim adinuicē trāsmutationē habētiū: materiam esse vnam necesse est. ¶ Quarto. quia Empedocles pugnantia dicit dicit enim ex elementis mixta generari: et alterū in alterum non posse transmutari: sensui manifestis contrauicēs. ~~Videmus enim et aquāes terra: et terram ex aqua~~ gigni. qui item cum concedat alterationem secundum ~~passiones~~: et ignem dicat calidum et album: aerem rārum: aquam frigidam et nigram: terram grauem q; duram: his perditis differentijs vt vnum generetur ex altero cuius proprias habebit qualitates: cōcedat oportet. ¶ Quinto quia dicit Empedocles aduenīente amicitia: omnia abire in chaos: suis passionibus spoliata. Et aduenīente lite: separari ab ipso: nouis acquisitis passionib⁹. trāsmutāt igit adiuicē. ¶ Sexto. q: Empedocles nō determinat an q̄tuor elemēta pncipiū sint ipsius chaos et cōfuse molis: an potiꝰ ipsū pncipiū sit elementorū. insufficienter igit facit determinationē; quod q; reliqui alij facitarūt.

Si alteratio est: et gnatio

SECVNDI CAPITIS NOTE

¶ Comedia: fabula est affectum ciuilium ac priuatorū continens: qua discitur quid in vita vtile sit: quidue cōtra: fugiendum. ¶ Tragedia: est Heroice fortune in aduersis determinata cōprehensio. ¶ Positio/ opinio. ¶ Rationabilior/ minus absona/ minusq; irrationalis

SECVNDVM cap. continet tres qcōnes. duas rōnes ad pmā. duas ad scām. q̄ttuor rōnes ad tertiam. tres opiniōis Democriti rōnes: earū solutiones: duas gnatiōis et alteratiōis differētias ponit tertia. ¶ Prima qcō. Plato de gnatiōe et corruptiōe: insufficienter exequit determinationē. ¶ Primo. q: quomodo fiant elemēto rū gnatiōes: vt ossium/

Platonis determinatio insufficiens

carniū et neruorū: nichil meminit. ¶ Scō q: de augmentatione et alteratione nichil determinauit: q̄ huic negocio subseruūt. Et certe nullus pter Democritum videt oim (q̄ necessaria sunt) aliqua retigisse: q̄ de oib⁹ videtur curā egisse: et augmētatiōe/ alteratiōe/ actione/ passione q; mixtione. Dicebant ~~enī Democritus q; Leucippus~~/ ex atomorū cōcretione: generationem/ secretionem/ corruptionē fieri: diuerso situ et ordine alterationē: quēadmodū eedē littere: variū situ atq; ordinē habentes. Comedia cōponūt q; Tragedias. et ceterarū mutationum augmentationis/ diminutionis/ actionis/ passionis et mixtionis causas in atomos reducebāt ¶ Secunda. de generatione q; corruptione apta incūbit determinatio. ¶ Primo q: omnes hec tractant dicūtq; gnationē aliud esse et aliud alterationem. q: generatio quedam sit congregatio: corruptio vero disgregatio. q; alteratio eorū complurib⁹ visa est passionū translatio. ¶ Secundo quia de hac re rationabiles q̄dā mouētur questiones. vt vtrū generatio sit congregatio. vtrū corruptio segregatio. vtrū generatio alteratio sit: an nulla p:orsus. Et ad has q̄stiones/ rōnes adducūtur: he cogentes. he vero dissolui difficiles. expedit igitur eiusce rei deprehendere veritatem. Et cōsiderare: an entia generentur/ alterētur/ augeantur. q; horum contraria: an corruptionē/ detrimētūq; patiantur. q; an sua pncipia sint insecabiles magnitudines/ superficies vt dicebat Plato: corpora vt dicebat Democritus. ¶ Tertia. positio Platonis positione Democriti irrōnabilior est. ¶ Primo quia irrationabilius est ad superficies vsq; idiuisibiles corpa resoluere: q̄ ea resoluere in indissolubilia corpa: q̄uis q; hoc nō modicā itidē hēat irrōnabilitatē: resoluebat aūt Plato corpa in superficies: Democritꝰ aūt in corpa. ¶ Scō q: Democritꝰ ex suis corpusculis conabatur q; generationē et alterationē saluare: vt colores ex diuersa atomorū positiōe. Plato aūt ex suis superficieb⁹ neq; gignebat neq; alterabat. Est igit Platonis determinatio irrationabilior. ¶ Tertio quia Democritꝰ vt qui circa naturalia magis ~~ius~~ laborauerat/ pncipia talia supponebat: ex q̄b⁹ mixta et pnia saluare videt

7

8

Platonis determinatio.

Platonis de-mocriti pma

Secunda.

Tertia.

Prime solutio.

Secunde

Tertie.

Plato vero min⁹ impedit ope/minusq; fuit naturaliū experⁿ. Multorū enī in expti et ad pauca respicientes: facile enūciant. Merito igīt Democriti positio: Platonis pōne rōnabilior extimāda est. ¶ Quarto q: Phologicis agit rōnib⁹. Nisi inq̄t in supficies resolutio fieret: ante trigonū erūt multa pōza Democrit⁹ aūt magis Physicis rōnib⁹ insistit. ¶ Tres Democriti rōnes Prima corpus est magnitudo oīno ex vbiq; diuisibilis hoc enī possibile. quodquidē cū possibile sit: si ponatur factū nichil accidit impossibile. Ponak igīt oīno esse diuisum q̄ supant igīt aut sūt pūcta/ linee/supficies/passiones alique/nichil/aut atomi. Nō autē supant pūcta. q: pūctū pūcto additū nō attollit mai⁹. Neq; dēq; moueri cōtingeret: quēadmodū pūct⁹ imobilis est. Neq; linee supficies aut passiones. Nā corpus ex nō corpoīb⁹ cōpositū abiret. Et passiones separari impossibile ē. Neq; dixeris nichil manere. Nā fuisset corpus ex nichilo conflatū et non vere exīs: sed tm̄ appens. Que supant igīt diuisione facta: corpora sūt: que q: nō sūt diuisibilia: nā nō esset oīno diuisū vt postū est. sūt igīt atomi. Est igīt corpus ex atomis cōflatū. ¶ Scōa. q: si cōtingeret corpus semp diuidi et semp in minores resolui magnitudines: tandē puenirek ad magnitudines insensibiles: q̄re iterū ad īdiuisibiles. Secamus igīt ipsum solū vsq; ad aliquid vt atomos et nō semp. ¶ Tertia generatiōes t corruptiones nō nisi atomorū cōgregatiōe et segregatione saluare possumus. Rationabiliter igīt positū est corpus ex atomis esse cōpositū et in atomos resolui.

¶ Prime solutio. Omne sensibile corpus quodāmodo secundū quodlibet signū diuisibile est et quodāmodo nō. diuisibile autē potestate est: nō autē actu. q: tamen punctus pūcto attigu⁹ nō est: nīt vt nō vbiq; in linea sit pūctus. Alioquin exiret ex pūctis: neq; vndiq; vbiq; diuisibilis est: sed quēadmodū pūcta habēs. ¶ Secunde sensibile in partes insensibiles diuidi: que tamē minime simpliciter nō sunt: incōueniēs nō est. que etsi g̃se nō percipiātur: cū alīs tamē iūcte simul sentiūt. ¶ Tertie generatio et corruptio cōgregatione et segregatiōe stomorum non fiunt. Nam vbiq; (acsi ex pūctis exiret

compositū) diuisibile esset. t in minima segregatior ex minimis ꝓgregatio. sed perfecta generatio fit q: sit huius totī⁹ in hoc totū mutatio: quā falso extimant alterationē. Nā generatio et alteratio bifariā differūt. Prīmo subiecto. Nā generatiōis subiectū materia est: alteratiōis autē ens actu. Secūdo. quia generatio secūdū substantiā sumit: alteratio vero scōm qualitates. Et de corruptione: vt de generatione dicak. id tamē licerer cōcedere: segregatione generatiōes et corruptiones fieri velociores: cōgregatiōe vero tardiores. vt aque in minutulas guttas diuise: velocior concitatiorq; corruptio et aeris acceleratior generatio: counite vero atq; invnū congeste tardior.

Generatiōis ab alteratione discrimē.

TERTII CAPITIS NOTE

¶ Nō ente aliq̄/nō ente scōm q̄d ¶ Nō ens/nō ens simpliciter. ¶ Passiones/accidentia. Ens actu/ens simpliciter/hoc aliq̄d. ¶ Generatio simplicis forme substātialis acquisitio. ¶ Generatio secundū quid/ accidentis acquisitio. ¶ Spiritus/ventus.

TERTIVM cap. continet sex q̄stiones tres q̄ nichil simplicit generarī ad prīmā rōnes. earū solutiōes: t reliquarū sequētiū questionū p ordinē. ¶ Prima questio. vtrū cōtingat aliquid simplicit generari aut corrūpi? ¶ Tres rationes q̄ nō. Prima q̄cq̄d trāsmutatione exīstit semp ex aliquo est. vt ex magno paruū/ aut magnū ex paruo. ex laboriāte sanū/ t ex sano laboriās. et ita in ceteris. Ergo q̄d simpliciter generari ex nō ente generabit. Erit igīt nō ens aliq̄d. ¶ Secūda quod generak secūdū quid ex nō ente secundū q̄d generak. vt ex nō albo albū: ex nō bono bonū. quod igitur simpliciter generabitur: ex nō ente simpliciter generabitur quod ipossibile est. ¶ Tertia aut simplicit generatio est ex nō ente simpliciter. aut nō ens aliquo vt non albo nō bono. Nō ex nō ente aliquo. quia hec secundū quid generatio est. Erit igīt ex simpliciter nō ente. Et tūc aut nō ens negat substantiā: aut vniuersaliter scōm vnū quodq; p̄dicamētorū. vt substātiā/quātū. qua

Tres rationes nichil simpliciter generari cōtēdentes.

Elementa symbola in seinuicē trāsmutatri vno corrupto.

QVINTI CAP. NOTE

¶ Secundum rectitudinem/ secundū spēi varietatem. ¶ Secundum circulum/ secundum specierum similitudinem. ¶ ſ/ dulce. ¶ ß/ amarum.

QVINTVM cap. cõtinet duas cõclusiones. tres rõnes ⁊ duo correlaria ad primã. ¶ Prima conclusio. Elemẽta nõ sunt rerũ naturaliũ materia: neq; elementũ elemẽto. ¶ Primo. nõ vnũ. qz omnia vnũ faceres: aut ignẽ/ aut aerẽ/ aut aquã/ aut terram: hoc autẽ impossibile: sed trãsmutatio de cõtrario in cõtrariũ: neq; duo aut tria. quia ola: illa essent. ¶ Secundo. qz cũ ex aere fieret aqua: illic nõ gnatio: sed solã alteratio esset. Nã aer maneret vt pri⁹. Ponitur enĩ totus materia. et aq̃ esset aer. neq; valet dixeris tũc aquã: aerẽ esse frigidũ. et cũ ex aere fiat ignis: ignẽ esse aerem calidũ: quia tũc solã cõsideberis alterationẽ et nõ generationẽ. ¶ Tertio si est aer ex igne calido cũ gnatio sit in cõtrariũ: aliquis aer erit frigid⁹. et idẽ simul calidũ et frigidũ. immo et cũ ex igne fieret aqua ignis esset frigidus. maneret enĩ ignis. que sunt ipossibilia. ¶ Primũ correlariũ. Unde fit vt cũ ex duobus fiat alterũ: materia altera sit vtrisq; cõmunis. Nãvnũ ex quo fiãt ola/ et ex quo fiat reliquũ materia esse non potest. ¶ Scõm dũ (qõ antiqĩ fit etiã vt horũ mediũ quoddã: vt mediũ aeris et aque/ q̃ ponebant) ignis et aeris: his dẽsus/ illis rari⁹ (vt inq̃unt) ĩfinitũ: aliorũ materia esse nõ possit. qz ipm et igni/ ⁊ aeri/ ⁊ reliquis cõtrarietatẽ habere oporteret: cũ ex eo generarentur ola. et sic cõtraria simul essent ĩ eodẽ. Et cũ priuatio sit alterũ contrariorũ: iterũ nõ maneret materia. Et illud ens cõsimiliter vnumquodq; esset/ aut nichil esset. Sed victũ est elemẽta adinuicẽ trãsmutari: et quãdo facilius/ et quãdo difficilius/ et duas esse cõtrarietates ex quibus colligimus plura esse oportere elemẽta: nõ tantum duo/ non tantũ tria/ sed ex quattuor illarũ ⁊trarietatum cõiugationib⁹: quattuor esse oportere reperim⁹. Duas vero (q̃ cõtrarie essent) generationi ineptas qualitatũ cõbinationes reiecimus: neq; qõ sit in extremo vt ignis aut terra: neq; quod ĩ medio vt aer aut aqua: oĩbus posse esse trãsmutationis p̃ncipiũ tam ostẽdim⁹. Sed plane cõfitebũtur quidam media adinuicẽ transmutari posse: sed id nõ posse/ extrema ¶ Secũda ꝯclusio. Elemẽta ꝑcedere in infinitũ secundum rectitudinẽ finita cẽ.

Elemẽta rerũ naturaliũ nõ esse materiã. 21

Corpus mediũ (qõ antiqĩ etiã vt horũ mediũ quoddã: vt mediũ aeris et aque/ q̃ ponebant) ignis et aeris: his dẽsus/ illis rari⁹ (vt inq̃unt) ĩfinitũ: aliorũ materia esse nõ possit. qz ipm et igni/ ⁊ aeri/ ⁊ reliquis cõtrarietatẽ habere oporteret: cũ ex eo generarentur ola. et sic cõtraria simul essent ĩ eodẽ. Et cũ priuatio sit alterũ contrariorũ: iterũ nõ maneret materia. Et illud ens cõsimiliter vnumquodq; esset/ aut nichil esset. 24

Elemẽta ꝑcedere in infinitũ secundum rectitudinẽ 26

s̃ finita cẽ necesse ẽ. ¶ Nã oporteret idẽ ĩfinitas habẽ ꝓprietates. qõ sic ostendo. Sit a ignis. b aer. c aq̃. d terra. qz b trãsmutabĩ a: ꝓprietas aliq̃ est ipius b ⁊ a q̃ sit albedo ⁊ nigredo. sit itaq; b albũ ⁊ a nigrũ. ⁊ qz b iterũ trãsmutabĩ c (qz non idẽ a ⁊ c) ipsi⁹ b et c est vna altera ꝓprietas: q̃ sit siccitas et humiditas: itavt b sit siccũ ⁊ c humidũ. trãsmuteturq; b ĩ c. si manet albedo: c aq̃ erit alba ⁊ humida ꝗ ignis nigro a ꝓria. si nõ maneat: erit c aq̃ nigra. nã gnatio in ꝓriũ. Deinde intelligo ex b gnari a. si manet siccitas: a ignis sicc⁹: aq̃ humide c ꝓriab. si non manet: erit a ignis humidus et niger. quare si dicebas c nõ seruare albedinẽ s̃ cẽ nigrũ: idẽ erit a ignis et c aq̃ Nãvtrũq; humidũ ⁊ nigrũ. Deinde trãsmutet a in e qz nõ reuolutĩ s̃ sẽp seõm noua ꝑcedit elemẽta. Cõsimiliter argumẽto ꝓbo b ĩtidẽ/ ⁊ c (si voluero) eẽ ꝓria e. qz a transmutabĩ e ẽ alia ipi⁹ a ⁊ e a ꝓdict̃ ꝓrietas q̃ sit f g. ita vt a sit f ⁊ e sit g. Cũ igit a ignis trãsmutet ĩ b aut manet f itavt b sit f ⁊ albũ: et tunc manifeste ꝓriab e g. vel non manet: ⁊ tũc b aer genit⁹ erit alb⁹ sicc⁹ et g. generet igit ex a: e. vel manet nigredo: si sic manifeste ꝓriab aeri albo et sicco b si nõ maneat cũ gnatio sit ex ꝓrio/ et corruptio in ꝓriũ: e erit albũ et g. q̃ si b aer etiã g cẽt: nõ eẽt a ad b/ ⁊ a ad e diuersa ꝓrietas cui⁹ suppositum⁹ oppositũ Et ita sẽp ꝑcede de b aut q̃cũq; altero volueris: ostẽdendo s̃ alterũ suptoze accepto ad seq̃ns nouã h̃e ꝓrietatẽ et infinitis idẽ vt b aut aliud q̃cũq; retinere ꝓrietatẽ. At infinitis idẽ retinere cõtrarietatẽ impossibile est: qz nõ contingeret generatio. Oporteret enĩ oẽs has trãsire cõtrarietates. et aliquorũ nunq̃ futura esset gnatio. Nã si nulla vari queãt extrema: media ipsa ĩfinita erũt imo et neq; ignis ex aere vnq̃ futura eẽt gnatio. Nãvtrũq; q̃ infinitas contrarietates haberet. et q̃ certe superiora sunt: in inferioribus existerent/ et que inferiorũ in superioribus: quare et ola vnũ essent. hec impossibilia. Nõ igitur elementa in infinitũ secundũ rectitudinẽ procedũt: sed finita sint oportet.

SEXTI CAPITIS NOTE

¶ Compages/ cõiunctio/ cõpositio/ iũctura/ cõpagõ.

Empedoclis confutatio

SEXTVM ca. cõtinet q̃nq; ꝓclones. ⁊ q̃ttuor rõnes ad quartã.

¶ Prima ꝓclo. Errauit Empedocles ponendo elemẽta adiuicẽ manere intrãsmutabilia: sed adiuicẽ cõparabilia; vt ola ossibus sint eq̃lia. ¶ Qz aut ꝓlligit ea commẽsuratiõe vt q̃tor ecẽ eq̃lia: vt ex vno pugillo aq̃ sint decẽ ignis. aut secundũ potẽtias: vt q̃tũ aq̃ infrigidare: tm̃ aer possit calefacere. Aut scõm passiões vt quãtũ aer albor: tm̃ aq̃ sit nigra: scõm quas nõ ꝓprie attendit eq̃litas: sed potius similitudo. Nã in quanto est equale: et in quali simile. Sic autẽ faciẽs videt materiã elementis cõem facere. Alioquin scõm que cõpararet equiuoca essẽt. ¶ Secũda. Empedocles nõ saluat augmẽtationẽ. ¶ Quia posuit additiõe ignẽ igne augeri/ aerẽ aere/ aquã aqua/ et vnũquodq; sui generis appositiõe. sic autẽ victũ est augmentationẽ fieri nõ solere. ¶ Tertia. que de generatione scõm naturam tradidit: dura atq; ineptа sunt.

¶ Quia q̃ natura sunt: aut sẽper aut plurimũ eueniũt. vt homo ex hoĩe/ triticũ ex tritico/ oliua ex oliua/ ossiũ/ neruor: ũ/ et mẽbrorũ cõpages. Nec autẽ tradit casu et quadã fortune temeritate euenire. Et que casu et temere euenium: extra sẽper et plurimũ cõtingunt. Et certe horũ oĩm causa est nõ ignis/ aut aer/ aut aqua aut terra: neq; lis q̃ solũ dissungit et segregat. neq; amicitia q̃ solũ counit et cõgregat. Neq; fortuna q̃ (vt inqt) ad req̃ equalitatẽ ⁊ nõ ratio aduocat. Sed horũ omniũ causa est vniuscuiusq; natura/ bonũ quoddã et optimũ. de q̃ nichil meminit: laudans sua elementa: litẽ/ et amicitiã que deo facit ꝓnora. ¶ Quarta: Empedoclis de motu ifirmа determinatio est ¶ Primo. qz dicit litẽ et amicitiã mouere: sed quis motus liti/ quis amicitie debeat/ ⁊ quomodo: non determinauit. Debuit enĩ hoc determinare cur hic mor: sit litis/ hic amicitie/ aut supponere/ aut demõstrare/ aut firme/ aut debilit/ aut aliquo pacto. ¶ Secundo. qz cũ entia moueãt nunc vi ignis deorsũ: nunc natura vt ignis sursũ: lis natura potius moueret et amicitia vniuersaliter vi quadã et ꝓter nãturã. Et lite et amicitia nõ mouentib⁹ non fieret motus. hoc autẽ inconueniens. ¶ Tertio. qz empedocles ambiguas vertat sententias: nunc dicens nõ lite ignem sursum latũ: sed vi latum fortuna sursum vecidisse. ¶ Rebro vero itidẽ dicens ignẽ innatũ sursũ agi: vt cũ ip̃ profundas detrusus sit terre radices. ¶ Quarto dicit Empedocles aliquo tempore litẽ regnare vt nunc mundo (vt est) exĩte: aliquãdo amicitiã: oportet igit esse causã ꝓiorẽ lite et amicitia que huiusmodi alterationis causa existat. Illius autem non meminit Empedocles.

Empedoclẽ de augmẽtatione male sensisse.

Empedoclis de motu ifirmа determinatio

Nõ oĩa ex elemẽtis constitui

¶ Quinta cõclo. incõuenienter Empedocles omnia ex elementis constitui voluit. ¶ Nam aĩe passiones vt scientie quẽadmodũ musica/ memoria/ obliuio ⁊ consimiles nequit saluare. Nam si aĩa sit ignis: passiones habebit quecũq; sũt ignis. Et si ex elementis congesta: habebit q̃ plurimũ. erit et aĩa corporalis. nulla autẽ corporalis. Sed hec exactiꝰ exq̃rere alteriꝰ contẽplatiõis existit.

SEPTIMI CAPITIS NOTE

¶ Mixta/ aĩalia/ vegetabilia/ mineralia. ¶ Lychnus pẽsilis q̃ et cicindela dr̃ lãpas/ lucerna: q̃ nocte tota seruari solet accensa. Hinc Ellychniũ funale candele aut lucerne appositum.

SEPTIMVM cap. continet vnã questionẽ. et eius solutionem. ¶ Questio. Cum ex igne fit aqua/ et ex aqua iterũ fit ignis: qr eadẽ subiecta natura vtriusq; cõmunis est: quomodo ex igne aqua/ et reliquis elementis fit mixtũ aliquod: vt caro/ os neruus? Nõ enĩ dicere possumꝰ vt Empedocles: qui dixisset sic fieri sicut paries ex lapidibꝰ et latercul. neq; ex tota carne fieri posset ignis: quẽadmodũ ex tota cera fieri videmus: flãma hac spherica Pyramide (q̃ nobis q̃tiẽs ellychniũ accẽditur: apparet) cõtinuata aut oleo aut cera subiecta. Et ex opposito scrupus nascit et difficultas. cũ faciamꝰ oĩm vnã subiectã materiã: cũ ex calido et sicco vt igne/ frigido et humido vt aqua gñet caro: si caro nõ sit vnũ/ nec alterũ/ neq; ipsoꝝ saluatorũ mixtura atq; cõpositio: quid ipsoꝝ ergo nisi sola materia relinquit? ¶ Dicimꝰ elemẽta in mixti generatione

Quō ex ele-se contemperare: vt calidum frigidum humidum et sic mētis mixta cum remitti: eorum intensiones atq; acumina obtūdi: cōpouant trayt mixti nature apta sint gignaturq; mixtū. Et tunc nec elementa ipsius materia sunt: neq; horū extrema cō traria: sed eorū medium ad mixti naturā contempera- tum quod mixti natura et specie moderat dirigiturq;. Hinc varie mixtorum oriuntur species ex varia t̄ pera menti proportione. vt hoc proportione dupla calidum ad frigidū/illud tripla. et ita de sicco et humido. Itaq; mixta sunt ex contrarijs elementis et elemēta rursū ex illis: non vt ex materia et que actu sint sed potentia: et quorū in medium redacte et contemperate fuerint pas siones.

OCTAVI CAPITIS NOTE

¶ Legetes/ vegetabilia. ¶ Mixta/ mixta perfecta.

OCTAVVM cap. continet vnā conclu- sionem. et duas rationes ad eam. ¶ Cōclusio. quodlibet mixtū circa mūdi mediū existēs: ex oīm ꝑ currētia elemē torū nascitur. ¶ Primo ex terra: q; in loco elemētorum terre: et vnūquodq; naturā illius (in cuius loco ortum cōtēperamē- est) participare videt. ex aqua q̄dē q; terminatiōe eget to nasci Aqua autē hoc modo optime terminabilis / ꝓhibeq; terrā decidere/ et eā ligās/ et figens. Et si terra et aqua affuerint: et ignis et aer. Nā mixtū perfectū/ ex ꝓtrario rū temperamēto nascitur. Ignis autē et aer aque et ter re (vt contingit substantiam substantie) sunt cōtraria. Omnia igitur simplicia in tali cōpositō erunt cōcurrē tia. ¶ Secūdo. ex eisdem sunt et nutriunt mixta. atq; oīa plurib⁹ nutriunt. vt plante (que min⁹ plurib⁹ nutri ri videntur) nutriuntur terra et aqua. Vic rustici ortos irrigare volentes aquā terre admiscent: quo vberius ve getibus alimentū ministrent. Et quod nutritur cōiunc tum est speciei et forme: que calore (qui ab igne est) plu rimū eget. Est enim ignis maxime forme atq; actionis: vt qui sit natus ferri ad terminū: et forma maxime ter minus sit. Ignis igitur non abest. quare neq; aer: vt q̄ transmutabili vicinior atq; paratior sit. oīa igit mixta

Mixtū perfe ctū circa ter- rā existēs ex elemētorum cōtēperamē- to nasci

ex omnibus sim plicibus concurrentibus elementis cō temperata sunt atq; ordinata.

NONI CAPITIS NOTE

¶ Sēpiterna et ꝓria/ celi. ¶ Phedon/ liber Platonis ita inscriptus vbi Socrates lethale Pharmacum hau surus de immortalitate anime disserit.

MONVM cap. cōtinet quinq; cōclusio- nes. duas rationes ad tertiā tres ad quartā. et duas ad quītā. ¶ Pria cōclusio. Expedit de causis gnabilitū et cor ruptibilū determinatio. ¶ Nā vt cogni tione assecuta q̄t de oī gnatiōe et q̄ sint pri cipia: singula facil⁹ ꝑspicere poterim". ¶ Scōa tot e- qualia numero et genere eadē sunt: que in sempiternis et ptimis. Et eni illic hoc vt materia/ hoc vt forma et hoc vt efficiens. ita gnabilū est materia: que est ad esse et nō esse quedā potētia/ est forma/ est efficiēs. Nā duo ad ge nerādū sūt sufficiētia. Quedā eni entiū de necessitate sē per sūt/ q̄dā nūq̄/ et q̄dā q̄nq; sūt et q̄nq; nō sūt vt gnabi lia et corruptibilia. ḡre nō īmerito materiā hñt: que pri cipiū est ad esse et nō eē: qs gnatiōe et corruptiōe ꝓplex Q[si makiā et cām gfa cui⁹ habebūt q̄ est forma/ spēs/ et rō vniuscuiusq; substātie. Et tertiū spēi effectiuū. Nā nichil efficit seipsum. neq; materia efficit quicq̄: vim q; ꝓducendi habet nulla ¶ Tertia. Socrates in Phedo ne efficientem cām non tetigit. ¶ Alios eni increpat vt nulla loquentes: supponens esse ideas (quas ideas di cunt) et entia specierū ꝓticipantia: fieriq; generatione susceptā specie et corruptionē speciei retractione. Sed q̄d nō verum sit patet. ¶ Primo quia quereret a So crate cur nō semp generāt: cū sint ipse species semper/ et que ipsas participare possint. ¶ Secundo. Quia vide mus alia efficiētia. vt medicus sanitatem efficit/ doctor doctrinā/ et vnūquodq; scōm opantis naturā. q̄d igitur introducūt spēm. separatā q; Ideā? ¶ Quarta. Neq; rō nabiliter dicūt materiā gnare. ¶ Primo quia alterās et trās formās gnationis efficiēs cā existit. Hanc in oī bus et natura et arte factis efficientē causā dicere con-

Tot gnatio nis rerū na turaliūeē p̄n cipia: q̄t sūt in corpor⁹ celestibus.

Socratē cau sam efficiētē non recte ꝓ termisisse.

Materiā/ ge nerationis causā nō esse

sueuimus. materie autē est pati et moueri. Mouere aūt et facere alteri⁹. nō igit rōnabiliter dicūt materiā gñare. Et id ꝓfecto dicebat Democrit⁹ Atomos eiꝑas mouētes rerū materias ponēs. ¶ Secūdo aqua nō efficit aīal a seipsa aut aliud elemētū quodcūq; neq; lignum a seipso lectum: sed requirit ꝛ ꝓducēs et aro. incōueniēter igit ponūt materiā gñare. ¶ Tertio. q; organa attribuūtur corꝑi per q̄ generet. hoc materie ascribentes principale/actū/spēm/ quod ꝓprie erat esse relinquūt: cui⁹

V. lō. Elementorū ꝓprietas est agere. ¶ Quīta cōclusio. Neq; id verū est 37
q̄litates gñationis ꝓpriae elemētorū passiōes calidū/frigidū/humidū/et siccū/ et reliq̄s (q̄ secūdū has adinuicē agant et patiant) esse efficiēs ꝓcipuū et per hec: oīa gigni et corrūpi nō esse efficiens ꝓcipuū et per hec: oīa gigni et corrūpi ¶ Prima entia.

mo. quia quod habet nobilissimas et maxime actiuas passiones deberet potius semp agere et alia corrūpere videt tñ ignis et motus. ¶ Sexto q; sic dicētes simile dicunt atq; si dicant serrā principaliter effectiuā: ꝛ vnicuiq; instrumentorū agēdi principalitatē attribuant: et ytens organo existiment deterius. Arguī hoc esse nequit. Incidēte enī atq; serrā dirigente diuidi necesse est sed quomodo organis vtentia moueant nō vident.

DECIMI CAPITIS NOTE

Quid periodus primo. ¶ Periodus durationis natura instituta terminus.

Quid periodus secundo ¶ Est et periodus illa tota (q̄ natura determinata est) durationis series et circuitū/cōprehēsionēq; interꝑtant

DECIMVM cap. cōtinet quatuor cōclusiones. ꝛ vnū corelarium ad tertiā. ¶ Prima perpetua est gñationum et corruptionū series. ¶ Mā lationes supiores ꝑpetuas eē mōstratū est. Nec aūt sempiterno gyratu adducūt aut abducūt gñans. erit itaq; ꝑpetua hmōi gñationū et corruptionū series. Et certe rationabiliter. nam latio illa: prima est gñationē precedens/et sēper exīs. Et perrōnale est primū posterioribus esse causā: et semp ens aliquādo enti/et aliquādo nō enti ¶ Secunda vt sit hmōi perpetua generatio 39

T. Coroll. Generationē et corruptionē eē ꝑpetuā. 38

II. Coroll.

nū et corruptionū subsecutio: nō satis est primi circuli

afferre lationē. sed et aliās vario mō incedentes ponere necesse est. ¶ Mā generatio et corruptio cōtraria sunt. et idē inquātū idē et cōsimiliter se habēs semp est natū facere idē. quare exīte vnico circulo solū fieret aut gñatio aut corruptio. Ponendi sunt igitur plures qui vt contrarij: contrarios inducant effectus. Hinc fit vt supremi circuli latio non videat gñationis et corruptionis causa: sed latio ea que sub obliquo demeat circulo. nam cōtinue duos varios motus cōtinet. Et inclinationem habet que nūc sue pārtie causa est/ nūc absentie/ nūc vt

40 prope sit/nunc vt longe. Tertia tēpus generationis est equale tempori corruptionis. ¶ Mā equali exīte distātia equalis est motus. Distantia aūt accessus ad nos eq̄lis est accessui. et accedēte sphera vt solis: oīa oriri/germinare et pubescere videm⁹. abcedente vero tabescere atq; marcescere. Est igit tēpus gñationis equale tēpori

41 corruptionis. ¶ Corelariū. Fit etiā vt vniuscuiusq; vita numerū habeat quo determinat. Nam oīm est ordo. et omniū tēpus/et vita claudit periodo. Sed non oīm eadem est periodus: sed his quidē minor: vt ānua/ his vero maior. Accidit tamē sepe sue periodi metā nō attigere: sed citius occūbere ꝓpter causarū confusionē ꝛ materie ineq̄litatē: q̄ nō vbiq; cadē/ eaſdēq; virtutes habēs.

42 ¶ Quarta. Non iterū ꝓter rationē euenit ꝛtinuas eē generationes et corruptiones: vt nevnq̄ quidē defecture sint. Nam in oībus cōpertū est melius semp desiderare naturam: melius aūt esse q̄ non esse. Esse aūt i oībus cōtinue existere: ꝓpter longe a principio/rerūq; origine distare ipossibile est. Reliquo igit modo vt fieri potuit cōpleuit deus esse: cōtinuā facies gñationū serie. Et rationabiliter res hoc pacto vt secundū circulū sempiterna duratione trahunt. vt simplicibus licet intueri. ex igne generari aerē/ex aere aquā/ex aq̄ terrā/ex terra aquā/ ex qua aerem ex quo iterū ignitur ignis. Hoc enim pacto imitantur sempiternum celi gyrum ꝛ circulationē: que ipsarū causa existit. dictum enī est ꝓius quomodo est vnum primum continue mouens ingenerabile/incorruptibile/inalterabile/et vnus primus mot⁹: cuius numerus est tempus. et quomodo hoc et quare.

Gñationis ꝛ corruptionis tēp⁹ eē eq̄le. III. Coro.

Omnium vita claudit periodo. III. Coro.

Naturā ꝓpotime posse deliberare

VNDECIMI CAPITIS NOTE

Que sūt essētia ordinata

¶ Essentia ordinata/quorū ꝑus est de essentia posteriorīs: aut quo nō existēte alterū nō esse contingat. ¶ Generatiōes secūdū rectū perpetuarentur si semper generatorum fierent noue species: ⁊ nunq̄ relaberētur i ꝑiores. ¶ Secundū vero circulū quando finitis ⁊ natura determinatis rerum speciebus semper reparātur: in cōsimiles reuoluendo species.

Prima questio.

VNDECIMVM cap. cōtinet quīq̄ questiones. et earum solutiones ¶ Prima questio. Cū cōtinue generationes generatiōibus succedāt/ et transmutatio transmutationi/et hoc ens generatum post hoc/ vt non aliquando deficiat: an aliquid ex necessitate erit/an nichil/sed omnia non fieri cōtingat? 43

Responsio

¶ Responsio. aliqua de necessitate erunt et aliqua non: quēadmodū incessurus potest ambulare: ita quod generabitur potest non generari. Et generari et non generari: vt erit et non erit: se habebunt. 44

Secūda questio.

¶ Scūa questio. Cum sicut aliquid necesse est esse ⁊ aliquid contingit: ita aliquid fieri necesse sit vt celi cōuersiones? an si sit ꝑius: ei⁹ posterius necesse sit: an econuerso?

Responsio.

¶ Responsio. in essentia ordinatis posteriore existente et ꝑus esse necesse est vt homo existēte vt fundamētū sit necesse est. Et si fundamentū est: lapides/et intritū sunt non ī retroagitur nisi posterius de necessitate sit futurum. 45

Tertia. Responsio.

¶ Tertia an gnationes secundū rectū. an ne pot⁹ secūdum circulū ꝑpetuent? ¶ Responsio non perpetuant generationes secundū rectū. Nam infinita non erūt hoc modo specie varia. Nam si posteri⁹ est in talibus: ⁊ ꝑi⁹ esse necesse est. Et si ꝑius de necessitate erit: ⁊ posteri⁹. vt licet in rerū speciebus intueri. Nec finita erūt. nā aliquando pertrāsita tota essent vt caderent atq̄ deficerēt generatiōes. Sed perpetuant gnationes secm circulū Sic enim videmus orta secundum notas species reparari ac redire. et causa huius est motus celi: qui in circulum volutur et motus solis similia successionibus suis reparans tempora/menses / et horas et genita genitis

46 similia: eius gyrū circū (cq̄) lationē imitētia ¶ Quarta quarte. q̄stio. quare si nubes est oportet pluere et si ꝑ luit oportet iterū nubē esse. et non oportet homines aut animalia in seipsa reiterari? ¶ Rūsio hoc est q: hec trāsmutatio vt pluuie et nubis aquose et econtra magis imitat circulum. animaliū vero minus. imo quodāmodo videtur 47 esse: secundū rectū. ¶ Quinta questio. an omnia similiter iterentur/ an non? ¶ Responsio quorū substātia mota ingenita est et incorruptibilis eadē numero redeūt. vt sol/ vt astra. Quorū vero corruptibilis: non numero sed specie eadē reparantur: vt cū ex aqua fit aer/ ex quo iterū fit aq̄: non eadem aq̄ numero sed specie reparat. Corruptibilis enī aqua: ⁊ talis vt eam contigisset non esse.

Quinta

Responsio.

¶ Secundi de generatione et corruptione finis.

IACOBI F. STAPVLENSIS IN QVATVOR LIBROS METEORORVM ARISTOTELIS PARAPHRASES

PRIMI CAP. primi libri Meteorozum note.

¶ Meteoros sublimis interpretat. Meteorologia/ imperfectorū mixtorū disciplina: quorū quedā sunt ignea/ hec aquea/ hec aerea/ illa vero terrea. ¶ Impressiones ignite sunt. stipule ardentes/ eges vali/ sydus volās/ cādele/ trabes/ colūne/ teretes lancee/ clypei/ globi/ faces/ ignire/ pyramides/ draco volans ⁊/ similes. ¶ Phātasmata sunt: hiatus/ colores/ illuminationes/ galacia. Videntur etiam cometa et galacia ignitis. ¶ Astrozum lacte via lactes galacia ¶ Impressiōes aquee sunt: vapor/ pluuia/ ros/ pruina/ nix/ grando/ fontes/ flumina/ mare. ¶ Aeree venti/ terremot⁹/ flumina/ echnephias/ typhon. ¶ Que radiozum apparitione fiunt sunt halo iris/ virge/ parahelū. ¶ Impressio/ mixtū/ imperfectū.

LIBER meteorozum continet quatuoz partiales libzos: ignis/aqua/aer/terra. Primus octo cap. Primum cap. vnā cōclonē: qua ea de quib⁹ iam egit/et que postea acturus est: complectitur ¶ Conclusio de primis causis nature/de omni motu naturali/de celis astrozū magnitudine peroznatis/de elementis quoz et que sunt/de eozū adinuicē permutatiōe et vsu de generatiōe et cozruptiōe dictū est. Hūc partē illam (quā Meteozologiā vocāt) supest absoluere ¶ Hā hec sunt que accidūt scōm uaturā inordinatiozē quidē: magisq; trāsmutatiōi quiā t min⁹ sibi cōstantē. Et primo determinabim⁹ de ipzessionib⁹ ignitis/phantasmatib⁹ cometis/et astrozū lacte. de ipzessionib⁹ aque. deide aerisvt spiritibus/terre tremozib⁹/fulminib⁹/ecnephiis typhonibus. de his que radiozū apparitiōe fiūt. t terre vt que congelatione ꝓcreenk deinde de alalib⁹ t plātis His enī determinatis fere que a principio ꝓposuimus: finem suum nacta erunt et assecuta.

SECVNDI CAPITIS NOTE

¶ Aque t terre nole/aquea t terrea etiā cōplectimur. ¶ Theozema/principium/aut propositio in geometria demonstrata.

SECVNDVM cap. cōtinet duas cōclusiōes. t q̄ttuoz de continētie iter celū t terrā diuersitate: opiniones. ¶ Prima cōclusio. celū causa efficiens impzessionū et apparētiū de quib⁹ inferiꝰ dim⁹. aqua et terra materia: materiāq; vsi fiant prestant. Nam id circo mundus inferioz quatuoz elementis cōplerus: igne/aere/aqua t terra (quoz hec ad mediū/illa a medio ferunt: et quozum supemines et summus celū tangens est ignis. terra subsidens et infima. aqua et aer media. aq̄ terre vicinioz: aer vero igni) celo attiguus est: vt ab eo recipiat virtutē. Est autem ex necessitate superioribus lationibus attiguus vt omnis ipsius virtus inde gubernetur. Celū enī primā causam

Celū mixtorū ipfectoz cā est efficiēs

putare oportet vt cuius motꝰ perpetuus sit finē nō habens: sed semp in fine. Et aquā et terrā apparētiū materiā prestare: postea fiet manifestiꝰ. Hinc enī elemēti ab elemēto vt ignis t terre distātia finita. t oīa eiusdē materie similitudine ꝙuenire oportet quo possint subiecta elemēta pati: materiāq; eozū que in ipsis fiant: ministrare.

¶ Scōa. Terra cōparatione cozpozū circūstantiū parua existim ida est ¶ Hā theozematibus mathematicis cognitū est terrā multis astris esse minozē q̄ punctozū instar ad circūambiētia cozpora nobis apparēt. Est igitur terra ad ambiētia cozpora parunla mole extimāda Et qd inter celū et terrā mediaret fuit opinionū diuersitas. ¶ Quattuoz de hac diuersitate opiniones. ¶ Prima ē antiqua opinio. q⁹ mūdus circa lationes supiozes sit celesti cozpe plen⁹ dict⁹ ether (vt recte voluit antiquitas) q: sempiterne currat: t aliqd diuinitatis ei⁹ natura ꝑticipet. Quod t nos ipsi hoc nostro euo dicim⁹. Nō enī putare oportet raro: neq; semel neq; bis ab hoibus (que ꝑfuerūt) iterari opiniones sed ī finitie. Anaxagoras autē ethera vocauit: q: sempiternū ignē ipm putauit. ¶ Scōa opinio ē dicētiū totū a terra ad sydera aere plenū esse. q: sic appareat. Sed hec puerilis ē opinio et mathematicā nō tenētiū. Excederet enī nimis equalitatem communis analogie ad coelemētaria cozpora. ¶ Tertia est dicentium illam totā distantiam esse igne plenā. Sed si sic: olim destructū esset vnūquodq; elementoz. ¶ Quarta est dicentiū intercapedinem celi et terre totā aere t igne plenā. Sed id esse nō potest. Hā cum ex terra fit aqua/et ex aqua fit aer/et ex aere fit ignis/videmus excessum molis. et qualis proportio tantille terre ad factam aquā: tanta t totius terre ad totam aquā. Et qualis aque ad factum aerem: et totius aque ad totum aerem. Quare maioz moles aque q̄ terre et quam oportet ꝓcipi: et maioz aeris q̄ aque. Et quāuis ex se inuicem secundum se tota non fiant neq; equalibus molibus se circūstent eozū tamen equalis virtus: vt vnū alterum superare/supuincereq; nō possit. Et manifestū est neq; solum vnū neq; duo sed tria aquā/aerem/et ignem inter celi et terre contineri ambitum.

Terra ī cōparatione cozporum celestiū parua est

Quattuoz de cozpozū inter celū et terrā interstitio opiones.

TERTII CAP. NOTE

¶ Sincerus/purus.

TERTIVM cap. cõtinet tres questiones et earum solutiones.

¶ Prima q̃stio. quõ ignis et aer ad celũ ordinẽtur? ¶ Secũda. q̃re a supioribꝰ astris in vicinia terre fit calor. et quidẽ vehemẽtior q̃ in vicinioze et aeris media regione? ¶ Tertia cũ ex aere fiat aqua ꝓpter quid in sũma aeris regione nõ fiant nubes? cũ remotior a terra existat vbi vis illa reuerberata radiorũ solis attingere nequeat: et vim caloris ipzimere. quare videak esse frigidior. et nubes generari videãtur: vbi desinit reflecti atq; reuerberari solis radius. videtur igit a fortiore ibi debere gñari: aut non ex omni aere potest fieri aq̃. ¶ Prime solutio. q; ignis puriori ẽ sup̃ior existit: sinceriorẽ locũ celũ lune attingẽs: et aer minus sincerus inferior: ignẽ puriorẽ attingit. ¶ Secũde solutio. q; celestia corpa medio circũferanꝰ: illo motu sua astra mũdo inferiori applicara: caliditatẽ impzimunt/et causant. Mã tota materia que illis subest corporibus: potẽtia calida est/frigida/humida et sicca. Et aer trifidus est/tresq; possidens regiones: hãc supremã/hãc infimã: et tertiam his duabus supreme et infime mediã. Suprema est illa que (quia cõtinetur ab igne et ei cõterminа existit) vim caloris ab ignis vicinia cõcipit. Infima vero reuerberatos a terra et solidis corporibus solis radios sentit. ¶ Media vero existit vbi a parte superiori vis illa ignea caloꝛẽ suum impzimere desinit: et ex parte inferiori vbi radiorũ reuerberata virtꝰ deficit imitq̃ non tamẽ est ignis et ardor: et cũ igne motu celi circũfertur/agitaturq; circulo. Infima itidẽ calet. rũ ꝓpter vapores et exhalationes q̃s in se receptat omnes. Est enĩ vapor calidus et humidꝰ et potẽtia aqua: vt halitus aque: et exhalatio calida et sicca vt potentia ignis. quemadmodũ ea que a terreis et siccis vt sulfure exprimunt: et leuitatis naturã participantia: locũ in aere querunt. Tum quia (qui a solidioribꝰ reuerberãtur corporibus) in se radios recipit duplicatos: et quibꝰ vis calefaciendi maior inest: q; replicati. Reflectũtur enĩ a solidis corporibꝰ: vt que eorũ vim lõgius in rectũ se diffundendi superent ꝓpedimẽto q; sint colligiturq; in vnũ virtus. quare fortior: et se reflectẽdo multiplicat. Et media est semper frigida et densa magis: que predictis (vt infrigidescat) caret occasionibus. ¶ Tertie. Nubes non solum ex aere generantur: sed ex vapore eleuato: qui in contactu frigidiuscule medie regionis dẽsatus: in nubẽ aptatur: vt plerumq; stillet pluuia. Nam frigidi est condensare cõdensaruniq; ad grauiorum naturam ꝓparare. Secundo. quia supreme aeree regionis aer calidus/sicut et rarus est: ignis naturam imitans: in quo nõ possũt nubes. sunt consistere nubes. Disgregat enim calidum et dissipat Tertio. quia circulari motu agitat. Unde fit vt congregari non possent: at q in aquam conuerti ꝓhibente motu. Quarto. quia venti nõ videntur altissimos montes transcendere: sed circa loca terre stagnare. igitur et minus nubes. Nam nubes fit ex vapore humido et calido: exhalatione (ex qua procreatur ventus) grauiore. nubes.

Et quia solem et astra calefacere diximus: non tamẽ debemus existimare ea esse calefacta. Nam calefactum hec que dum feruntur medium fortiter diuidunt et secũdum rectum: ita vt aliquando lata ignita atq; liquefacta soluantur. Non autem ita de sole existit et ceteris astris. Et sol maxime calefactiuus est et velocꝰ inferioribus vt luna: in suo orbe fertur. Et q; sol adhuc non sit calidus indicium est q; appareat albus et nõ igneus.

Quare media ẽ frigida.

Quare in suprema aeris regione non sunt nubes.

Ex quo fiat nubes.

QVARTI CAP. NOTE

¶ Ex Egio/capra ¶ Malus/torris ¶ Interdiu/Idie.

QVARTVM cap. q̃tinet causas flãmarũ in summo aere

11 apparentiũ. earũ generationes. et quando et vbi generẽtur. ¶ Flammarũ cause. Causa efficiẽs est celũ: et materia ẽ exha-

12 latio calida et sicca. ¶ Earũ gñatio. Terra a sole calefacta duplicem emittit spirationẽ. Unã calidã et siccam/q; spiratio.

Quid flãma rũ causa

Duplex est

hec exhalatio dicitur: altera calida et humida/et hec dicitur vapor. Et exhalatio quidē nata est supemineré qz leuior: vapor autē humidus subsidere: quia grauior. Et qz (vt diximꝰ) ignis celo cōnatus ē et cōterminꝰ ꝛ pars aeris suprema cōnata igni ꝛ in igne locata: quādo illic exhalatio ptingit inflāmak facile: parāturqꝫ incēdia. quēadmodum fumū apud nos inflāmari videmꝰ facile. Est enī flāma sicci spiritꝰ ardor. Et differunt he flāme ꝛ hec incēdia multitudine/paucitate/positione/ꝛ figura. Nā cum inflāmatio lata est/et discōtinua/ꝛ lōga: dicitur stipule ardētes et figurā illam imitak. Et quādo per globos accēditur ꝛ scintillat: Eges ꝛ capre. quādo nō scintillat: est dalus. Et q̄ accēditur scōm longū ꝛ latū et trāscurrit suo tractu aera post signās: sydus repētinū et volans nūcuparur. Et hec aliquādo in suprema aeris parte fiunt. vt cū materia calidior/ siccior ꝛ rarior ꝛ magis ardoris natura imitata fuerit. et aliquādo in infima vt quādo dēsior fuerit ꝛ humidior. Hinc fit vt syderū volā tium morꝰ ꝓiectioni similis esse videak. Nā aliquando obuiāt frigido a summa parte: a quo repellūtur. q̄ si debiliter: latera sequūtur. si valide vt detrudi in imum valeant: deorsū eiaculata ferūtur: aliquādo ī mare/aliquādo in terrā decidētia. dēsum enī deorsū reuerberare natū est. Et hac de causa deiciūtur fulmina. Si frigidū extima parte relinquūt: sursum emicāt ꝛ natura quidē: vi autē atqꝫ iuria deorsū. Ad latus autē plerūqꝫ: qz sit horū mediū quo motu sursū vt euolēt extrū q̄runt. ¶ Sed queres quomodo aliquādo magna pars aeris: mira celeritate videak incēdia cōcipere. ¶ Dicimꝰ sicut suppositō facile inflāmabili lucerne vt puluere sulphureo: cū lucernā incēdis rotū tibi subito accēdi videk: ita ꝛ multa incēdia parata in aere exhalatione leui occasione accēsa: videtur aer subito repēteqꝫ exardescere. Et vniuersaliter he flāme et hec incēdia (q̄ Epicaumata vocant) a similitudine figure quā imitātur noīa sumunt. vt candele/trabes quas docidas dicunt: colūne/lancee teretes/clypei/globi/faces/ignite pyramides: preterea Xiphie Hippei/Ceratie/ Bolides (quas dicere possumus gladios/equinas tubas/cornua/eiacula ignita) et cōsimilibus appellētur nōibus. ¶ Quando ꝛ vbi fiunt. ¶ Et quando et apparent tempore sereno de nocte/ et aliquando interdiu. et omnes fiunt sub globo lune: cuius hoc indicium flamme. est. Nam cita velocitate moueri percipitur: quēadmodum ea que prōiecimus: et pretergredi solem/lunam et astra. hoc autem est quia prope sint.

Quid flāma

Cur syderū volātiū motus ꝓiectioni sit similis

Cur magna pars aeris videak incendi.

QVINTI CAP. NOTE

¶ Puniceus/igneus/croceus/ ¶ Purpureus/roseus/sanguineus. ¶ Crassior/densior ¶ Caligo exhalatio vt nubes suspensa. ¶ Cū hiatus vt vastū volum extiterit. Pithetes nūcupant. Est enim Pithos volum

14 15 QVINTVM cap. cōtinet causas phātasmatū vt hiatuū/ voraginū/ ꝛ colorꝫ. ꝛ quō fiūt. ¶ Phātasma tum vt hiatuū/ voraginū ꝛ colorꝫ cause sūt tasmatū eēdē vt flāmarū. ¶ Quō fiant sicut in nocteis serenitate exhalatio calida et sicca (vt nuper dictū est) aliquādo ardet et fiunt stipule/Eges/Dali/et cetere flāmetita aliquādo solū lumine colorātur ꝛ tūc fiūt phātasmata. Aeree enim exhalationes luminis refractione omnimodos colores ostēdunt ꝛ maxime puniceū ꝛ purpureū: qz hi colores ex igneo et albo apparēt ꝓmixtis: sicut orientia sydera mōstrant. Presertim cū ee talia species sint: que non imaginē sed colorem suscipiant. Hinc in aere colores in aere plerūqꝫ representātur diuersi: nūc puniceus/ nūc purpureus: nūc clariores vt q̄ rariore caligine suscipiātur/ nūc subobscuri vt q̄ crassiore. Alhūen in nigro multas facit varietates et flāma in fumo: ita lumē in caligine nūc densitate nūc raritate colorū oīmodas diuersitates. Et hi colores nō ita in sūma die apparēt: quia illos luminis abūdātia impedit nec in summa nocte quia hos videri impedit noctis nigredo. Et nō multo tēpore pdurār: quia eorū materia euanida ē ꝛ cito segregata disparet. Sed hiatꝰ apparet quādo lumē (interueniente nigro) disrūpitur vt lumine ambiente: quedā media appareat ꝓfunditas (quam Bathea dicunt) que cū fuerit magna et cōcrescēs voraginē et Chasma dicimꝰ. et sepe ex talibus Dali excidere videntur.

Quid phantasmatum

Cur in aere videātur colores diuersi

Quādo appareat hiatꝰ

SEXTI CAP. NOTE

Quid canis celestis. ¶ Cometa et cometes idem. ¶ Errātes stelle/ planete. ¶ Canis/ celestis imago que in canis similitudine pingitur/ posteriorib⁹ pedibus hyemali diuisa circulo/ capite occasum spectans ad Equinoctialem circulū declinātē: dextro pedi Orionis fere supposito. oritur cū Cancro in femore tres stellas habet. ¶ Canis/ canis maior.

Quid orion. ¶ Orion est celestis imago que vt homo depingit ense incinctus/ dextra clauam tenēs/ occasum respiciens/ et cum Tauro decertans: quē Equinoctialis circulus in zona diuidit/ oritur oriente Sagittario ¶ Zona/ Orionis balteus ¶ Medius Tropicorū locus/ Equinoctialis circulus ¶ Quinq; stelle/ Mercuri⁹/ Venus/ Mars/ Juppiter/ Saturnus ¶ Tropicus hyemalis/ circulus Capricorni: qui ⁊ bruma dicitur.

Tres de cometa opiniones

SEXTVM cap. cōtinet tres de Cometa opiniones. earum reprobationes. prime tribus rationib⁹. secunde duab⁹. et tertie quinq;. ¶ Tres de cometa opiniones. ¶ Prima est Anaxagore ⁊ Democriti credentiū cometā esse cōgregationē stellarū errantiū. q̄ quia ppe sunt: lumē suū alternatim refundāt/ et ad se dirigāt/ seq; tāgere videant. Cuius signū est (inquit Democrit⁹) q; dissoluto cometa apparuerūt stelle quedā. ¶ Sed id nō esse verū ostēdim⁹. Primo. Quia nō modo semel apparere debuissent stelle plures dissoluto cometa: sed semp. quod nō videt. ¶ Scōo. q; Egyptij dicūt errātes stellas adinuicē cōiunctū iri ⁊ alijs: et non facere cometā. quod nuper nobis videntibus factū est: Joue stellā in geminis subeūte: et (nō facto cometa) se separāte. ¶ Tertio. Stelle per se ipas parue et pene indiuisibiles videtur. Si igitur conungātur ⁊ tāgant nichilomin⁹ maiores nō videbūtur vt neq; si indiuisibile tāgat indiuisibile. Non igitur ex stellarū conuentu tā vaste molis generāt cometes. ¶ Secūda opinio est vocatorū Pythagoricorū dicentiū cometam: vnā esse stellarum errātiū que diu latuerit sub radijs solarib⁹: que modico excessu a sole disgreditur/ q̄ Mercurio accidit

Prime solutio.

16

17

Et ideo cometā visib⁹ humanis se prebere conspiciēdū. Scde solutio

¶ Sed neq; id verū quidē est. Primo. Ut nō modo circa errātes stellas apparēt comet: sed et circa alias. Nō et nosp̄ vidim⁹ circa vnā stellarum: que sūt in femore Canis. Nec solū Egyptijs (q̄ idē asserunt) credim⁹. Et coma illa debilis fuit et magis in partib⁹ astro adiacētibus. ¶ Scōo. q; si esset vna stellarū errantiū: sēp̄ appareret cometa sub signifero circulo. Nā illic sēper mēt errantia sydera. sed omnes qui adhuc rēpozib⁹ nostris visi sunt: iuxta occasū sup horizontē disparuerūt cōsumpti: extra signifer ambitū existētes. et sub alio p̄cipe apparuit vastus/ horrendusq; Cometes rigēte hyeme et gelu et serenitate: vesperi ante solē occūbens. Et ideo prima die parū apparuit: postea magis. q̄ lumen suū ad tertiā celi partē extendit: ideo nominat⁹ est via. et ascendit vsq; ad zonam oriōnis et illic consumpt⁹ disparuit. Et he itidē rationes faciunt cōtra Democritū.

18 ¶ Tertia opinio est hippocratis Coi et Eschilli et⁹ discipuli/ suoruq; sequaciū: dicētiū corp⁹ Comete stellam esse errantē et comā accipere ,ppter locū humore a sole ad ipsum eleuato et lumine refracto. ⁊ a medio tropicorū loco non attrahere aquā: quia consumpta est a solis latione. Jdeoq; illic comā non gerere: et quando est in declinatione ad austrū: quia breuis est decisio circuli super terrā relicta et magna sub terra. Et p̄ius copiam aque habeat: visus tamē non bene ptingit ideo illic nō apparet. Cum vero ad borea relictus fuerit: q; illic magna circuli decisio sup terrā relicta est: accipit comā et apparet cometa. ¶ Sed q; nō recte sentiāt Patet p̄mo q; ois cometa sub signifero circulo inciperet ⁊ deficeret multi aut̄ extra circulū visi sunt: et plures vno sit facti sunt. ¶ Scōo si per refractionē humore eleuato appareret coma: deberet interdū comā relinquere/ et interdum eam resumere ¶ Tertio. quia p̄ter quīq; stellas nullus appareret vnq; Cometa. id aut̄ falsū est. sed visus est: et quīq; p̄ter ipm sup horizontē eleuate stelle.

Tercie solutio.

¶ Quarto falsū ē i medio Tropicoq; loco et Austro nō apparere cometam. Nam circa magnum terre morum in Achaia (cum fluctus burum et Elissen Achaie vrbes

operuerūt) ortꝰ est in equoctio magnꝰ Cometes tēpore estiuo. Et iā multi facti sūt ad austrū. Sub Athenēsiū enī glorioſiſſimo principe Molone facta est comata ſtella circa Tropicos hyemales: et ſole illic exiſtēte menſe Hameleone quē octobrē dicimꝰ. ¶ Quinto. tātā refractionē aſtri eſſe quantā comā viſi ſunt habere comete impoſſibile eſt. Conſtat igit omī ex parti Hippocratis et Eſchylli determinationē non eſſe recipiendā.

SEPTIMI CAPITIS NOTE

Quid pogonia. ¶ Pogon pogonos barba. Hinc Pogonia: cometes cui inferiore ex parte ſpeciē barbe: lōge ꝓmittit in ba. ¶ Eſt et viſus alys ſecūl incognitꝰ ſub Augusto Ceſare cādidꝰ cometes argēteo crine ita refulgēs vt refulgente excellētia vix cōtueri liceret ſpecieq; humana dei effigiē in ſe oſtēdēs vt ꝓdit C. Pliniꝰ. Sed q̄s nō intelligit hoc domini ꝓnunciū fuiſſe aſtrū? cū voluit deꝰ hō interris videri: et cū hoībus noſtrā ſortē miſeratꝰ conuerſari. ¶ Eleuātia exhalatiōes ervapores ſol/ planete/ et aſtra. ¶ Hyper cauma/ Epicauma/ incendiū ſurſum apparens. ¶ Tropici/ termini vie ſolis.

Quid hyper cauma ſiue Epicauma

SEPTIMVM cap. continet cauſas cometē. eiꝰ gñationē. eiꝰ diuerſitatē. Signa q̄ ſit calide et ſicce nature. Cur nō multi paſſim cur raro et cur frequētius extra Tropicos appareāt. Et ꝓter litterā Ariſtotelis ſignificatiōes comete. ¶ Comete cauſe. efficiens. ſol. planete. aſtra. Materia. exhalatio calida et ſicca. ¶ Comete generatio. Cū eleuaā exhalatiōnis calide et ſicce multitudo vſq; ad illā ſupremā aeris regionē in ignis confinio exiſtentē/ circulari motu agitatā: que quidē cōpacta ſit et denſa/ bene inflāmabilis: ſic vt nō multū exuratur/ neq; cito extinguaā/ habeatq; ſubiectā diſpoſitū exhalationē aſcendentē vt aptū et cōueniēs pabulū: tunc fit ſtella comata. Facile enī ꝓpter ignis viciniā et loci ſui diſpoſitionē inflāmaā: et ad illius ſūmi aeris motū: ſyderis curſū imitaā. Et hic flammā in modū crinis circūquaq; diſpergit q̄ crinitꝰ dicit hic ocoꝛſū demittit et tūc pogonias eſt quē barbatū dici

Quid comete cauſa

Quō gñatur cometa

mus: hic vero in latꝰ porrigit et hunc diciſt caudatum.

11, ¶ Cometarū diuerſitas. Horū eſt duplex. Quidā per ſe Comete diui
apparet nō in loco aſtri: et totus eſt Hypercauma. Alius ſub aſtro/ nūc ſub erratico/ nunc ſub altero q̄ fit ī modū halonis circa ſolē aut lunā: nunc crinē/ nunc pogona/ nunc flāmā in latus porrigēs. Sydus autē comam non habet. Hoc tamē intereſt. Quia halon fit refractione vt poſtea fiet manifeſtū: cometa vero flāma et incendio. Hinc fit vt Hippocratis ad ſolē refractio parū ſit ꝓbāda: q; frequētiꝰ p ſe fit neq; circa ſolē neq; aſtrū aliquod: q̄ circa aſtrū. ¶ Signa q̄ cometa calide ſit q̄ ſicce nature. Cometam ignee eſſe cōſiſtentie et nature hec ſūt indicia. Quādo apparent cometē: validi pflant vē fit calidꝰ et ſiccitates ſunt multe. Hoc enī ideo eſt q̄: eleuaā exhalationis multitudo humidū euaporans et ſoluens: vt in aquā cōcreſcere/ denſari/ ſoluiq; nō poſſit. Et cum comete pauciores/ minores/ et rariores: pauciores erūt venti ac ſiccitates. Cū vero maiores: validiores erūt vēti et anni ſiccioꝛes. Et memoria ꝓditū eſt aliq̄n ſic inualuiſſe ſpiritū: vt magnꝰ lapis ſublatꝰ fuiſſet in aera q̄ in Egyptios lacꝰ claro die decidit et circa noctē apparuit cometes horrendus: hyems ſicca fuit/ Boreas in Miſū obtinuit faciēs fluctus et inundationē. et Auſter extra fluctū: impetu valido perflabat et arida impetebat loca. Et ſub principe Nicomacho circa circulum equinoctialē exortꝰ eſt cometes diebus paucis perdurans/ a veſpera ortū faciens quo tēpore inſolitꝰ ventꝰ vexauit Corinthū. Hec ſufficientia prebēt argumēta: cometē naturę eſſe ignee calide et ſicce. ¶ Et ſī quera cur nō multi ſimul paſſim? cur raro? cur frequentiꝰ extra Tropicos ſint? ¶ Hoc ideo eſt. q̄: raro materia tanta eleuata eſt vt ſufficiat facere cometā vnū aut multos. Et ꝓpter diſgregationē et ſolutionē materie que fit nunc a ſole/ nūc ab aſtris/ et feruore ſolis ſemper illac diſcurrentis/ ſub tropicis fortius diſpergitur atq; diſſoluitur materia: q̄ extra illum celi ambitū. ¶ Preter littere Ariſtotelis ſententiam comete ſignificationes preſignat bonorum ſterilitatem/ ventorum impetum/ bella/ Principum lethum/ et ſeditiones.

Cur non multi ſint cometē.

Comete ſignificationes.

Tu steriles agros et inania vota colonis
Siccus et efferues seue cometa facis.
Cum crinem ostentas: tu ventorū impetus vrges:
Oppida. Tu bella sanguinolenta moues.
Principibus lethum: tu seditiosa minaris
Sic varijs mundus vocitur auspicijs.

OCTAVI CAPITIS NOTE

Quid lac primo. ¶ Lac p̄mo: est circul⁹ alb⁹ celū cingēs (vt aiūt) per Geminos et Capricornū transiens / sub noctis serenitate conspicuus. de quo meminit Ouidius

Est via sublimis celo manifesta sereno.
Lactea nomen habet candore notabilis ipso.

Quid lac secundo ¶ Scdo. lac est exhalatio sub ipo aggregata celesti circulo: ei⁹ cādoris similitudinē representans. Et causat candor in illis vt colores causari dicti sūt. Celestis semper sub nocte serenā apparet: ip̄ssiōis non sēp. ¶ Lac via lactea / Galacia. Gala enī dicūr greci lac. ¶ Emphasis / demonstratio. ¶ Sporades / disperse.

tres de lacte opiniones

OCTAVVM cap. cōtinet tres de lacte opiniōes. earū improbationes. et propriā determinationē. ¶ Tres 24
de lacte opiniōes. ¶ Prima est Pythagoricorū dicentiū Pherontem semel hac currus

Prime refutatio

traxisse paknos: et hāc celi partē exustū incāduisse: hīcq; nobis adhuc lac apparere. ¶ Sed inconueniēs est nō intelligere hac de causa zodiacū circulū iā exustū esse debere et magis q̄ lacteus circul⁹. Nā sub ea ēq; per sol decurrit et oīa errantia sydera. At nichil tale passus conspicit (nobis enī tot⁹ manifestus est circul⁹: et qualibet nocte videtur dimidi⁹) nisi ea ex pte qua cōiūgit lacteo

Democritus circulo. ¶ Secūda est Democriti et Anaxagore dicen- 25
Anaxagoras tiū lac esse ppriū lumen aliquorū astrorum adinuicē congregatorū, Dicebant enim solis aspectu propriū lumen astrorū impediri videri: sed terra interposita non

Secūde impeditū videtur: et lac ipsum nuncupat ¶ Sed nō ita est. Primo. q; lactis circulus semp apparet sub eisdem astris / At cōtinue essent alia et alia q̄ a sole non inspicerentur: translato igitur sole oporteret et lac transferri.

¶ Secundo. Quia astronomicis theorematib⁹ cognitum est solem esse multo terra maiorem: et astra multo magis a terra q̄ sol et luna: distare. conus igitur terrestris vmbre deficit circa astra: ad ea ipsa solarē aspectū
26 non impediens. ¶ Tertio dicēbā lac radiorū solis refractionē: vt de cometa. Sed neq; hoc verū est. Primo. quia nō semp deberet apparere in eodē loco. vt ip̄ssibile est eandē Emphasim continue leadē speculi parte fieri: ip̄ssi speculū aut res mouea. Mouent aūt cōtinue sol et astra ¶ Scdo. q: apparet nobis lactis circulus ī aqua de nocte: vbi nō potest esse talis refractio. Nō igit fieri oportet hanc Emphasim atq; candoris manifestationē
27 ob radiorū refractionē. ¶ Aristotelis determinatio. Virtute astrorū q̄ sūt in celesti lacteo circulo: eleuantur exhalationes multe: vt sit in gñatiōe cometē: in q̄ q̄dē recipit atq; refringit lumē astrorū illic existētiū et illius partis celi. Fitq; hūc in modū circulus magnus albus (vt sub astri rotūditate fit circulus holon) q̄ lactis circulus dr. Et id q̄dē rōnabile est. Nā ū vnū astrorū sufficit materiā eleuare vnde possit ꝓdire cometa: multo q̄dē fortius magna astrorū multitudo: q̄ in via celi lactea late effulget (quas sporades dicunt) materiā sustollere poterit: i q̄ hec ps celi formet / repsentet atq;. Adde hūc lacteū circulū nō fieri inter Tropicos vt neq; cometes sed extra vbi exhalationū vis maiore ꝓdurare possit: idis soluta tpe et vbi esse possit maioris materie repsētationis z moditas. De illāmis igit apparētib⁹ de phātasmatib⁹ / de cometis et lacte hec dicta sufficiant.

Aristotelis deghatiōe lactis determinatio.

Primi Meteorōz finis.

PRIMI CAP. scōi Meteorōz note.

¶ Stilla / gutta.

SECVNDVS liber meteorū cōtinet nouem ca. Primū causas pluuie. eius generationem. z vnam caliginis et nubis differentiam. Et preter littere Aristotelis sentētiam vnum et viginti signa pluuie. ¶ Cause pluuie sūt. efficiens celi circulus maxime solis: qui ꝓpe

Pluuie materia.

Quomõ gñetur pluuia.

nos decurrẽs vapores eleuat/et disgregat q̃s sua obsẽtia cõgregat Hactia aũt est vapor calid⁹ et humid⁹ sursũ latus. ¶ Pluuie gñatio. A sole et alijs astris eleuãt vapores ab aqueis locis (est enĩ vapor aque hatit⁹) qui diu in aere suspensus et ob medie regionis frigide cõtactum dẽsatur infrigidatus atq; iterũ per stillas deorsum erumpit fitq; pluuia. Quę si minoribus stillis credit descendit liber. Si maioribꝰ pluuia: Si Iperuose/subito/et grossioribꝰ rotis simul: labrocera dicãt. Differentia. inter nubẽ et caliginẽ hoc interest: q̃a nubes est crassior ille vapor visus in aere suspẽsus: q̃ randẽ solutur in aquã. Caligo autẽ itidẽ suspensa nebula est sed q̃ non soluatur in aquã; que dispergitur et dispersa vanescit. Est enim caligo velut nebula sterilis. Fit hinc vt caligo magis sit serenitatis signũ. Et generatio nubis ex vapore: et pluuiarũ ex nube: unitãq; solis circulũ. Rami sole existente prope eleuanĩ vapores fiuntq; nubes. quo elongato: iterũ descendũt. Calidũ enĩ eleuat et frigidũ deprimit. Et hoc semper vt fluuius effluens ꝛ relabens secundum ordinẽ. Et forte hũc semp nature serie seruata indeficiente fluuiũ: vt diuine, puidẽtie flumẽ pores sub enigmate et velata allegoria Oceanũ terre semper circunfluũ vocauere. ¶ Pręter littere Aristotelis sententiã vnũ et viginti pluuie signa. Mergorũ e flumie celer volatus atq; clamor. Fulice in sicco ludẽtes. Ardea super nubem euolans. Sydera cadere visa. Albescẽtes flammaruꝫ sub obscura nocte tractus. Palee ꝛ frõdes eleuate volitantes. Plume in summa aqua colludẽtes Ex parte boree: Eurꝰ/Zephiriq; tonitrus. Grues i aere fugam agitantes. Gacca in celũ suspicies ꝛ captãs naribus auras. Hirundo lacus circũuolitãs. Rane i limo querule. Formica ova extollens. Celestis arcus apparitio. Agmen corvorũ e pastu rediens alis strepens. Fluuiales aues vndis relictis prata querere. se frustra laure gestiẽtes. Garrula cornix. Cornix sola dispaciata harena: caput vndis obiectans et imergens. Ignis i oleo scintillans. Et fungi crescentes: pluuias et tempestates (vt cecinit maro) presagiunt.

Pluuie signa

Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis

Cum medio celeres revolant ex equore mergi:
Clamoremq; ferunt ad littora. Cumq; marine:
In sicco ludunt fulice. Notasq; paludes
Deseritatq; altam supravolat ardea nubem.
Sepe etiam stellas vento impendente videbis:
Precipites celo labi. Noctisq; per umbras:
Flammarũ longos a tergo albescere tractus.
Sepe leuem paleam et frondes volitare caducas.
Aut summa nantes in aqua colludere plumas.
At Boree de parte trucis cum fulminat: et cum
Eurisq; zephirisq; tonat domus: omnia plenis
Rura natant fossis atq; omnis nauita ponto:
Humida vela legit. Hunc imprudentibus imber
Obfuit: Aut illũ surgentem vallibus imis:
Aere fugere grues. Aut bucula celum
Suspiciens: patulis captauit naribus auras.
Aut argura lacus circũuolitauit hirundo.
Et veteram in limo rane cecinere querelam:
Sepius ex tectis: penetralibꝰ extulit ova:
Angustũ formica terrens iter. Et bibit ingens
Arcus. Et e pastu discedẽs agmine magno
Corvorũ increpuit densis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres (et q̃ Asia circum
Dulcibus in pratis rimantur prata Caystri)
Certatim largos humeris infundere rores:
Hũc caput obiectare freris hũc currere in vndas.
Et studio incassum videas gestire lauandi.
Cum cornix plena pluuiã vocat improba voce.
Et sola in sicca secum spaciatur harena:
Aut caput obiectat querulũ venientibus vndis.
Nec nocturna quidẽ carpentes pensa puelle
Nescivere hyemem: testa cum ardẽte viderent
Scintillare oleũ. Et putres concrescere fungos.

SECVNDI CAPITIS NOTE

¶ Serenitas/est a nubibꝰ: aeris puritas. ¶ Trãquillitas vero: est in aere fluctuantiũ ventorũ vacuitas.

77 Mſyna et eadẽ eſt mutatio ſubiecti ua/ kminati ua/ et cõpleti ua. que acqrit/ deperditurue: terminatiue mutari dicit. ea ſiquidẽ termin⁹ eſt. q̃ ſi ſubſtãtialis forma fuerit et acqratur: terminatiue generari dicit. ⁊ ſi deperdat: dicitur corrũpi. Si dimẽſio maior fuerit: dicit augeri terminatiue. ſi minor: diminui. ſi fuerit q̃litas: alterari. ſi latior ferri. Et reuera terminatiue gñari/ corrũpi/ augeri/ minui/ alterari ⁊ terminatiue ferri: nichil aliud ẽ ꝙ gñatio/ corruptio/ augmẽtatio/ diminutio/ alteratio et latio: q̃rum q̃liber dicã termin⁹ eſt ⁊ forma ¶Quid mutat cõpletiue? Totũ mutatione acqſitũ aut deperditũ. vt ignis qui gignit aut corrũpit: cõpletiue gigni corrũpiue dicitur. nec iniuria. Nã ipſe ignis totũ/ ⁊ cõpletũ eſt. Itidẽ tota et cõpleta cõpletiue augeri/ minui/ alterari/ ⁊ ferri dicũt. Ex his manifeſtũ euadit: formã dũ acqrit/ deperditurue mutie cõparatã: ſubiectiuã mutationẽ dici debere. Nã mutie ẽ vt ſubiecti et ad ſeipſã relatã: mutationẽ terminatiuã. Nã ipſamet: ipſa forma/ atqz kmin⁹ eſt. Et ad totũ ipm: mutationẽ cõpletiuã. nã tot⁹ eſt vt cõpleti. Epi. dicit igit (vt arbitror) mutatio ſubiectiua: hoc eſt mutatio ſubiecti. ⁊ mutatio kminatiua: mutatio kmini. et mutatio ꝙpletiua: mutatio tot⁹ ⁊ ꝙpleti. One. Dino ſicut Euãdri⁹ enſis dicit enſis Euãdri. ¶Quid mouet per ſe/ qõ motu q̃ i eo ẽ: mouet. Epi. An dicis i eo vt in ſubiecto. One. Ita. vt qõ in ſe gñationẽ habet: p ſe generat/ qõ corruptionẽ: p ſe corrũpit/ qõ augmẽtationẽ: auget/ qõ diminutionẽ: diminuit/ qõ alterationẽ: alteratur ⁊ qõ in ſe lationẽ: p ſe ferẽ. Et qõ etiã inſert in toto generationẽ aut corruptionẽ habet: etiã p ſe aut generari aut corrũpi dicitur. Epi. Cõpletiue vt arbitror. One. Recte quidẽ. ⁊ materia oĩfariã modiſqz oĩb⁹ ſubtectiue. ¶Quid mouetur p accidẽs/ quod nõ a motu q̃ in eo ſed alteri⁹ moueri dicitur. quẽadmodũ cũ tu augeris illa augmẽtatio minime i tuo colore exiſtit: ſed in materia. cuiuſq dẽ augmẽtatiõe: color ille parit augeri/ maiorqz fieri dicit. Ideoqz accreſcit augeturqz/ p accidẽs. Nã nõ augmẽtatione q̃ ſit in ipſo: ſed alteri⁹ materie

78

79

80

81

videlicet. Et cũ te de loco in locũ trãſfers: ita q̃ in te ſũt moueri dicũtur. vt aia/ vt accidẽtia: nõ motu q̃dem q̃ in ipſis ſit: ſed q̃ in tua ſit materia. ideo tua materia p ſe mouet: cetera vero q̃ in te ſũt: p accidẽs. ¶Quid mot⁹ acqſitiuus/ eſt q̃ aliq̃d acqrit. vt in gñatione ſubſtãtia/ i augmẽtatione q̃ntitas/ in acqſitiua alteratione q̃litas. ⁊ in
82 mutatione ſcõm locũ latio. ¶Quid mot⁹ deperditiuus/ eſt quo aliq̃d deperditur: vt in corruptione ſubſtãtia. i diminutione quãtitas. i deperditiua alteratione q̃litas ⁊ in
83 mutatione ſcõm locũ latio. ¶Quid mot⁹ naturalis/ eſt qui rei cui ineſt cõuenire nat⁹ ſit. vt cõdenſatio/ frigefactio/ ⁊ mot⁹ deorſũ: terre. ¶Quid violẽt⁹/ q̃ rei cui ineſt diſcõuenire nat⁹ eſt/ cõtraqz ei⁹ naturã eſt. vt rarefactio/ calefactio/ ⁊ mot⁹ ſurſum: terre. ¶Et cũ omniũ et
84 actuũ ⁊ formarũ ſubſtãtialiũ ꝙ accidẽtaliũ materia ad ſuſcipiendũ ſit indifferẽs ⁊ ꝙtum ex parte ſui indifferẽter ſeſe habẽs: oĩs cõueniẽtia et diſcõueniẽtia/ naturale et violentũ: a forma ſunt perquirẽda: ita vt ea cõueniẽtia/ naturalia/ et ſcõm naturã dicãtur: q̃ forme cõuenire nata ſunt/ eãqz ſaluare: ⁊ ea diſcõueniẽtia/ violẽta/ preterqz naturã: que ipſi diſcõuenire nata ſint/ eãqz labefactare ac expellere. Epi. Iudicas ergo nichil a materia
85 cenſeri debere: aut naturale/ aut violentũ. One. Nichil.
86 ¶Quid indifferẽs/ qui neqz oĩno cõuenire neqz diſcõuenire natus eſt. vt lateralis flatuũ mot⁹. Res enĩ naturales q̃ recto tramite agitari nate ſũt ſi obſtaculũ offendãt: quo ſe min⁹ i rectũ agitare valeãt ad lat⁹ ſcſe devoluunt vt grauia ad lat⁹ deorſum. ⁊ leuia altrorſus et ad lat⁹ ſurſum. Et quia mot⁹ ⁊ quies oppoſita ſũt: ⁊ Peripatetici: oppoſiti naturã per ſuũ oppoſitũ ꝙquirũt: nos q̃rentes p ſuos oppoſitos mot⁹ queſtigabim⁹ hoc pacto.
87 ¶Quid quies/ p: luatio mot⁹ i ſubiecto nato quãdo et vbi moueri natũ ẽ. q̃ qñ ẽ ꝙatio gñatiõis: q̃es gñationis ſit. ⁊ qñ corruptionis: q̃es a corruptiõe. qñ augmẽtatiõis: q̃es ab augmẽtatiõe. qñ diminutiõis: a diminutiõe: q̃es ab augmẽtatiõe. qñ alteratiõis: ab alteratiõe. ⁊ qñ latiõis: q̃es a latione. Que qñ ſubiectũ ⁊ makia reſpicit: q̃es ſubiectiua nũ Diuiſio q̃rẽ cupat. qñ forma: kminatiua. ⁊ qñ totũ ꝙpletiua. Et ſicut p analogiã mutatio ſemp pro forma atqz actu accipit: nũc ad ſub- motus.

tecrū/nūc ad se/nūc ad totū relata:ita ḡdes sēp ꝓ subiecto:nūc ad se nūc ad formā/nūc ad totū relato. Epi. Sē tire ergo debeo idē esse subiectiuū motū/ēminatiuū/et cōpletiuū. Itidē et eē idē:ḡrē subiectiuā/ēminatiuā/ꝛ cōpletiuā. One. Subiecto videlz atq; essētia. sunt tā hec tamē ꝙ illa:rōne tria. Et qñ est priuatio alicui⁹ per se: quiescit ꝙ se:qñ vero alicui⁹ priuatio mot⁹ per accidēs fuerit:desciscit ꝙ accidens. et qñ est priuatio mot⁹ acqsitiui:desciscit a motu acqsitiuo. et qñ deperditiua deperditiuo atq; abiectiuo. ¶ Sed ḡdes naturalē est:q̄ rei ḡdescenti 89
ꝛuenit/eāq; saluat. vt terre ḡdes deorsū. ¶ Et violenta 90
dicit q̄ rei ḡdescēti discōuenire nata sit. vt ire ḡdes sursū Indifferētē tū haud multū dicere cōsueim⁹. verū ipa esset:q̄ neq; oino cōuenire neq; disconuenire nata esset. Hec ꝓ rua qualicūq; in circulo mot⁹ introductiōe: satis esse puto. nisi aliud tibi min⁹ detectū fuisse videak. Epi. nichil. One. Nos igit trāsferamus ad infiniti circulū.

MTA Expediend⁹ nobis erit ifiniti circulus. ¶ Quid infinitū primo:est ḡd nō est quātū. vt mēs/punct⁹. Et interꝛpetak non/finitū nō ꝙtū 91
¶ Quid infinitū secundo? vides notulā illā nigram instar spherule. Epi. Equidē. One. Nobis insinuat id cui adiungit in nro sensibiliū circulo reperiri nō posse. nos itaq; q̄stiōi: qua queritur ḡd infinitū secū doctā satisfacturi sumus. Si querit quid rei nichil est. Mā vt dixim⁹ esse nō potest. vt in paraphrasi demōstratione ꝓpiciū euadet. Si ḡd nomis:est ꝙtū transitū habens sed incōsummabilē. vt si aliqua linea extremis et diuisibilibus et indiuisibilib⁹ careret:diuisibil⁹ ḡdem:vt si nullum vndū esset eius primū pedaneū aut vltimum aut pars altera quecūq; dekminate ꝙtitatis. Indiuisibilib⁹ vero vt punct⁹: linea hec hoc scēo mō eēt infinita ꝛ sēp trāsitū haberet sed incōsummabilē. vt q̄ nūq; tota posset eē ptrāsita. et ita de discretoꝝ multitudine: cui⁹ nulla vnq; pma vari posset vnitas aut vltima. illa sicdē numerādo eēt ipertransibilis et hoc secūdo mō infinita. ¶ Quo pacto diducit infinitū secūdo? in infinitum 93
magnitudine et multitudine. ¶ Quid infinitū magni- 94

tudine? est qđ sue magnitudis caret extremis vt linea q̄ sue lōgitudinis careret extremis discreē infinita. et superficies infinita q̄ sue lōgitudinis et latitudinis. ꝛ corpus infinitū: qđ parit lōgitudinis/ latitudinis/et spissi-
95 tudinis extremoꝝ eēt expers ¶ Quid infinitū multitudine/est qđ sue ḡdē discrete/diuiseq; multitudinis caret extremis. Discrete quidē appositū est:ad multitudinē partiū cōtinui adinuicē cōtinuatarū excludendā. Et
96 he diffinitiōes ḡd nobis sunt. ¶ Quomō interꝛtak in-
97 finitū secūdo? infinitū actu. ¶ Quid infinitum tertio? est spacium cuius cum pars vna pertransita sit:nondū totū ptrāsitū est. vt si ꝓficiscereris Rhomā: et postea q̄ Mediolanū deuenisses/aut aliquo alio:aliqđ te pcōtareturi:fili (cum tu petas Rhomā) an tuum iter ꝛ suscep-
tum spacium iam finitum sit/an infinitū? responderes
98 infinitum. et bene quidē hoc tertio modo. ¶ Quid infinitum quarto? est qđ cum trāsibile sit: difficilē tamen habet trāsitum. magnitudine vt orientis et occidentis intercapedo. et multitudine vt multitudo capillorū tuo-
99 rum numerādo. ¶ Quid infinitū quinto? est cui sēper additio/subtractione fieri potest. vt cuilibet ꝛtinui numero sēper additio fieri potest:superatq; sēp aliqđ addendum. Et cuilibet cōtinuo sēper fieri potest subtractio:sēpq; relinquit aliqđ subtrahēdū. Idcirco qlibet cōtinuū et cōtinui multitudo:hoc quito mō cogno-
100 scitur infinita. ¶ Quo pacto diducit? in infinitū additione. cui sēper aliqđ superat addendum. vt multitudo cōtinui et rēpus. et infinitū subtractiōe cui sēper aliqđ
101 relinquitur demēdū. ¶ Quo mō iterꝛtak subtractio?
102 diuisio. ¶ Quo mō infinitū quinto? infinitū potentia. Et cum infinitū quinq; sint modi/et significatiōes. duarū tamē:secūde et quīte Philosophorum ꝓcipua cura est. Epi. Memini me alias audiuisse. vt infinitum ca-
thegorematicū/et syncathegorematicū; ꝛ infiniti syncathegorematici multiplices/variosq; modos. One. Fili mitte sophistis suas et Philosophis suas. quas dicis sophistice sunt apte: Philosophie parum. Et cōtra: q̄ Philosophie sunt apte:per parū sophistice, ꝓsunt. Sed
sine ad circulū loci veniamus. Epi. Sino.

Que infiniti acceptiones ad philosophiā spectāt.

QVID locus? Ira respondēdū est. Locus est extrinsecus terminꝰ corporis alterum cōtinentis. Additū est extrinsecꝰ nō quidē corpori cōtinēti sed cōtēto: qō etsi cōtenti superficies circūdās: ipsū cōtineat (vt tenue cuticule superficies extrema) ea tamē eiꝰ locꝰ nō est: qꝫ ipsi cōtēto nō terminꝰ extrinsecꝰ: sed potiꝰ intrinsecus existat. ¶ Et diducik locus in locū cōmunē et ꝓpriū. ¶ Quid locus cōmunis? est qꝫ multa ꝛtinet quibus imediatus nō est. vt celi lune concauū aerē aquā/ terrā/ et ex his cōtēperata cōtinet: quibꝰ imediatum nō est. Et eoꝛ locus cōmunis dicik. ¶ Quid locꝰ ꝓpriꝰ? est ꝟminꝰ corporis cōtinētis cōtēto imediatus. vt concauum lune: ignis locus est, ꝓpriꝰ. Mā est terminus et extremū celi: ignē cōtinētis tigni imediatū. Mā inter celi lune cōcauū et ignis cōuexū: nullū oīno intercipik/ iter hiatꝫ mediū. ¶ Quid terminū hic vocamus? corporis superficiē cōcauā. Corpoꝛ enī cōtinentis superficies due sūt cōcaua videlicet et cōuexa. ¶ Quid cōcaua? est corporis cōtinentis intereoꝛ vltima. ¶ Quid ꝛuexa? ea est qꝫ est corporis: oīm circundās vltima. Vidisti vt arbitroꝛ rotundū vitreū pomū. Epi. Et plerūꝫ habui. One. Cum plenū est aq̄ aut pigmētario aliquo liquoꝛe: illa eiꝰ interioꝛ superficies qꝫ liquoꝛē illū cōtingit/ cōcaua est: illa veꝛo cui manum admoues/ quāꝫ tāgis/ cōuexa. Epi. Hec michi captu difficilia sunt. One. ¶ Quid locꝰ naturalis? est i quo res naturales natura quieſcūt. vt ignis in celi lune cōcauo/ aer in cōcauo ignis/ aqua in ꝛcauo aeris/ et terra in cōcauo aque. Et solū hic rerū naturaliū naturalē locū diſkinimꝰ. Sūt enī singula sc̄m subtetā materiā passim expetenda. In quo loco res naturales natura ꝙescūt? in eo natura ꝙescūt: in qꝫ saluari/ conseruariꝫ nate sūt. ¶ Quid locꝰ violētꝰ? est in qꝫ res naturaꝫ minime natura ꝙescit: vt locꝰ sursū: vt celi et ignis cōcauū: locꝰ violētꝰ esset et aq̄ et terre. Mā in eo minime natura quieſcerēt. verū vnaqueꝫ res naturalis: vbi saluari/ cōseruariꝫ nata est natura quieſcit. An plura de hoc loci circulo requiris? Epi. Abunde dictum esse puto. One. Vacuū igitur transigamus.

103 104 105 106 107 108 109 110 111

Quid superficies cōcaua

Quid ꝛuexa

Quid locꝰ naturalis.

Quid violentus.

112 QVID vacuū ꝑmo? si qratur quid/ rei nihil est. si quid nois rōnē adhibemus: qꝫ sit locus nō repletus corpore natus repleri. Corpus hic corporeā substātiā dimensionibꝰ ꝓditā longitudie/ scilz latitudine/ ꝛ ꝓfunditate itelligim⁹. Si itaqꝫ effingas oēs nostri cōcaui corporeas substātias in nō esse redigi aut ab ipis dimēsiones auferri: tunc illa celi concaua superficies inter cuius latera nō interiaceret corꝑ/ dimensaue substantia vlla: vacua esse hoc ꝑmo modo ficta est. neqꝫ vacuū esse intrēdimꝰ qꝫ omni substātia/ oiqꝫ plenitudie vacet. Mā infinita illa plenitudo (quā Pythagorici volūt eē infinitā plenitudis substātie spherā: cuiꝰ cētrū sit vbiqꝫ et circunferentia nusqꝫ) excludi nunqꝫ potest. Epi. Si igik mea substātia manēte: a me substraherētur dimensiones: velles tūc eū (q̄ mihi nūc locus est) esse vacuū: tametsi mea substātia superficiē illā repleret. One. Scz. Dum tñ aeris te cōtinētis latera se nō cōiungerēt. Epi. An se cōiungerēt? One. Procul dubio. Mā tu āplius nō occupares: neqꝫ obstaculo illis aeris dimēsionibꝰ vllo pacto esses: quo minꝰ se cōiūgerēt: et simul/ vnaqꝫ tecū replerent. ¶ Quo pacto iterpraꝫ vacuū ꝑmo? vacuū ꝑuatiōe non q̄dē cuiuslibet oīno sed corporis dimēsi. ¶ Quid vacuū secūdo? si qraꝫ q̄d rei nihil est. Si q̄d nois dimēsio est corpora itra se nō cedēdo recipiēs vt si itelligas vnā dimensionē: lōgitudinē sc̄z latitudinē et spissitudinē nostrūsensibiliū cōcauū replentē: qꝫ nō cedēs corporibꝰ ipa intra se recipiat: et tm̄ suarū dimensionū simul cū corporum dimēsionibus quāte ipse corporū dimēsiones fuerint: semper habeat: talis dimensio vacuū secūdo diceretur. ¶ Quomodo interpretaꝫ vacuū secūdo/ spacium separatū. ¶ Quid vacuū tertio? quid rei nihil est. si q̄d nominis: est qō corporibus imersū: plenū nō est. ¶ Quo pacto diducik? in vacuū tertio ꝑuatiōe: quod q̄dē esset quedā parua vacua: inania corpore: nata repleri. Tī vacuum tertio dimensione: et hoc quidē esset parue dimēsiones corporibus immerse: aduenientibus corporibus non cedētes. An aliud quicꝫ de vacuo desideres? Epi. Nihil. Sed victa modo: mente reuoluo: quo singula re-

113 114 115 116 117

Quid vacuū ꝑmo

Quid vacuū secundo.

Quid vacuū tertio

etius intelligã/et firmius teneã. One. Ultimus igit sup=
est labor circulũ scz tibi declarare. Epi. supest. One. or=
diamur ergo hunc in modũ ipsum tibi recludere.

QVID tẽpus? Epi. me inrogas? One. Interrogo. ego hũc circulũ te i= 118
terrogãdo absoluã. Epi. Rñdeo igit tps
numerũ eẽ ꝑmi motꝰ ſcõm prꝰ ⁊ poste=
rius. One. vt ānus numerus est mẽsũ. et
mẽsis numerꝰ dierũ. et dies numerꝰ horarũ ꝑor ⁊ po=
steriorũ. Quẽ primũ motũ vocamꝰ? Epi. motũ ꝑmi mo
bilis. One. verũ ais. Et ꝑmũ mobile vltima/supremaq; 119
mobilis sphera est. ¶ Quo ordine sita sunt mobilia: se=
per a ꝓpinquioribꝰ nobis ad remotiora ꝓcedẽdo? Epi.
hoc ordine. Terra/aqua/aer/ignis/celũ/lune/celũ mer
curij/celũ veneris/celũ solis/celũ martis/celũ iouis/ce=
lum saturni/firmamẽtũ/et primũ mobile. One. vides ꝙ
primũ mobile oĩm mobiliũ esse supremũ: qꝺ et tu nume
rando feciſti vltimũ: tm tamẽ natura/ꝓfectione/et di= 120
gnitate oĩm ꝑmũ est. ¶ Sed quo motu mutat hoc ꝑmũ
mobile? nũquid gignit/corrũpitur/auget/minuit/alte
rascitur? Epi. nõ mihi videt itelligi debere. verũ
de eo motu qui latio est. One. De eo scz: et quẽ motũ: cir
culationẽ nũcupamus. Sed vbi est ille motus? Epi. In
ꝑmo mobili vt arbitror. One. Vbinã ergo? quando oĩs dẽ
omnis motus in suo sit mobili. et sicut vox ī aere? Epi.
Hoc modo. One. Vox ne aeri cui iest coextẽsa est quẽad
modũ albedo parieti? Epi. Hũc in modũ. One. Per ac=
cidẽs videlicet. qz nõ extensiõe q̃ in ipsa sit: sed sui subie
cti. Quanta vox/ q̃taq; parietis albedo? Epi. q̃tus aer
cui vox adest: et quantꝰ paries cui adest/adhereteq; albe
Q tẽpus est do. One. Per accidẽs tamẽ. ¶ Quantũ ergo tempus? 121
q̃tũ ꝙ accñs. Epi. Respondendũ mihi est: q̃tũ primũ mobile cui iest
sed addo sicut et tu per accidẽs. One. Cauti⁹ respondi=
sti ¶ Habet ne dimẽsio extẽsionẽ? Epi. Suapte natura 122
One. Et albedo intẽsionẽ? Epi. Cõsimiliter. One. Et la
tio successionẽ? Epi. idẽtidẽ. One. Aduerte igit. qꝺ ī
q̃titate extensio est: ī q̃litate est intẽsio: et in latione suc=
cessio. An q̃titas vt dimensio suapte natura extensionẽ
habeat? Epi. Jã diximꝰ ita esse. One. An suapte natura

intẽsionẽ et successionẽ? Epi. Minime. One. An q̃litas
vt albedo suapte natura intẽsionẽ habeat? Epi. Falsi su
mꝰ. One. An suapte natura extẽsionẽ aut successionẽ?
Epi. Nõ: nisi per accñs. One. Rationabilit loq̃ris diui=
sibilis ne albedo scõm intensionẽ? Epi. Maxime vt mea Q tẽpꝰ bifa
fert opinio. One. Sane respõdes. partes ergo secundũ riã diuiditur
intẽsionẽ habet. Sed quas eas vocas? Epi. Nescio: nisi
vt tu modo. One. Et gradꝰ ⁊ ptes intẽsiõis eas nũcupa
mꝰ. cõsidera igit q̃t diuisiões parietis albedo recipiat
Epi. duas vt puto vnã videlicet scõm partes extẽsiõis:
ad sui subiecti et dimẽsionis (cui adiungitur) diuisionẽ
ei ꝓpriã et accidẽtariã alterã vero scõm intẽsiõis par
tes eiꝺẽ ꝓpriã/ꝙ se/ sueq; nature accõmodã. One. Pe
ritius q̃ ipe expectabã respõdisti. cõsidera igitur vt ita
apte de tpe rñdeas: quot diuisiõibus secetur. Epi. Cõsi
militer duabus. vna scõm extẽsionis partes: ad sui sub
iecti ⁊ dimẽsiõis (cui cõiũgit) diuisionẽ: que tpi ꝓpria
et per accidens est: altera vero scõm successionis ptes ei
ꝓpria/per se/eiusq; nature accõmoda. One. Optime. et
harũ diuisionũ ꝑmam: primo albedis diuisioni rñdet: ⁊ se
123 cunda scõe. ¶ Sed age dic mihi. duo vnius dimẽsionis
pedalia ptes ne dimensiones vocas? Epi. voco. One. et
omnes vocant. Sed nũquid possunt scõm extẽsionẽ si=
mul esse? Epi. nõ. One. Nam se occuparẽt qꝺ minime na
tura sinit. tñ illa duo pedalia simul esse possunt scõm suc
cessionẽ. Epi. Possunt. One. Nũqꝺ primo latiõis: suc=
cessionis ptes: simul esse possunt scõm successionẽ? Epi.
non vt mihi videt: sed vna semp prius est et altera poste
rius/sempq; ꝑor succedẽs. One. hinc merito successio= Partes tem
nis partes appellari vident. Et diximꝰ qꝺ in q̃titate vt poris secũdũ
dimẽsione extẽsio est: in latione successio notatur. Epi. successionẽ
Diximus One. In analogia videlicet ⁊ ꝓportiõe. Ideo simul esse nõ
q̃ta pugnãtia est duo pedalia secundũ extensionẽ simul posse.
esse: tanta est duas successionis ptes: vt duas horas/aut
duo minuta: secũdũ successionẽ simul esse. Et sicut si duo
pedanea simul essent scõm extẽsionẽ: nõ plus cõtinerẽt/
occuparẽt atq; replerent q̃ vnũ pedaneũ. Ita q̃q; due
horę simul secundũ successionẽ: non plus atq; vna hora
durarent. De ptibus aũt extẽsionis secus euenit. Nam

bene simul sunt scom successionē. Epi. Et loqueris de partibus extensionis pme lationis? One. Loquor equidē. Sed pcedem? vlteri? ¶ Quē numerū partiū pmi mot? 124
arbitraris esse tēpus? an prime diuisioīs/ptiū videlicet
secundū dimēsionē sūptarū? an potius secūde t ptiū succedentiū: quas successionis partes nūcupauimus. Epi.
Secunde pfecto que ipi ei ppria/per se/scōmq; eius naturū exist. One. Jdeo pulchre i diffinitiōe adiectū est:
secundū pus et posterius: ad discrimē numeri partiū extensioīs et scom dimēsionē sūptarū: lationi ipropriarū
et secundū alterū cōueniētiū. Epi. Pulchre adiectū est.
et video? mihi plane intelligere: diffinitioniq; intellectū hunc haberi: tēpus numerus est pmi motus secūdū
Quid pſens primo successioīs ptes sūptus. One. Sane admodū. ¶ Quid 125
pſens pmo? Epi. est ipartibile: pteritū futuro 2nectēs
One. quēadmodū mediū punctū in linea ptem extensionis prioris linee cōiungit et posterioris: ita id ipartibile
(quod nobis adiacet) tēporis successioīs ptes: prioē scilz
et posterioē simul nectit: quarū ddez ptiū tēpus prius dixim? esse numerū et id imptibile pſens pmo nūcupamus. ¶ Quomō interptaberis pns pmo. Epi. Mūc/in 126
Quid pſens stans adiacēs. One. ¶ Quid pſens scōo? Epi. est tēpus 127
secundo. a dicto imptibili vtriq; nō multū distās. One. vt horas/
vt minutū. Et pſens hoc scōo modo tpis nomē est: pmo
aūt modo nō. ¶ Quomō interptatur pſens scōo. Epi. 128
Mūc. One. Est enī nūc homonymū vt pns: modo iptibi
Quid pteri- le/modo tēpus significās. ¶ Quid pteritū? Epi. est tē- 129
tum. poris pntis ps por. One. ¶ Quid futurū? Epi. est tpis 130
Quid futur pntis ps posterior. One. Jd pfecto tēporis pſentis? qō
nūc et ipartibile nobis adiacēs añcedit: pteritū dicit: t
tēporis pntis ps por. Et qō idē nūc et ipartibile: pntis
tpis sequit: futurū dicitur: et tpis pntis pars posterior.
¶ Te id tū aduertere licet bifariā dici et pteritū t futu 131
rū: actu videlz et potētia. Et pteritū actu et futurū actu
nūc diffinita sunt. et sunt: quēadmodū pſens cui? sunt
partes. Epi. ¶ Habet ne ergo pns suas successioīs ptes 132
simul quas pus simul esse posse negauim?. One. Habet
simul bene filt vt in toto: non autē simul scom successionē. quēadmodū aliqua dimensio: duo media ipam con-

stituētia simul vt in toto habet: non tñ illa simul habet
scom extēsionē: sed extra se sūt/t se nō occupātia. ita successionis ptes pntis scom successionē extra se sūt: t q̄si se
nō occupantes. Epi. Recte iā accipis. api mō q̄d pteritū
133 potētia q̄due potētia futurū. One. ¶ Olno pteritū po Quid pteri-
134 tētia tps id dicim?: qō fuit t cui? nihil olno est. ¶ Et id tū potentia.
futurū potētia qō erit sed nihil eius adhuc est. Epi. Et Quid futur
quid? si cepero totū tēpus a tuo natali ad nunc vsq; qō potentia.
nobis adiacet. One. Tēpus id nō olno pteritū actu: neq; olno pteritū potētia: sed ipm dicere deberes/partim
actu/et ptim potentia pteritū. Epi. Jntelligere video?.
One. Finge tibi charissime fili vnā lineā ante tuos oculos quietos et īmobiliter stantes: directe porrectā sine
termino quidem a te perceptibili: hoc modo.

visus tuus ex vtraq; pte in aliquo signo porrecte linee
deficit vt in a et b. Sitq; c in visus medio abvtroq; pcepti spacij extremo eq̄distās: ipm c est vt pns pmo. a b vt
pns secūdo. c a vt pteritū actu. c b vt actu futurū, a f pteritū potētia. et b e potētia futurū. Et si intelligas lineā
moueri f versus quousq; signū e perueniat ad pūctū b
linee oculi: tunc b eñet actu futurū: quod pus futurum
erat potentia. t a d potētia pteritū: quod pus erat actu
pteritū. Epi. Descriptionē intelligere video?. One. Fili
si cōp: ehendere posses: pmpta dictorū de tempore cognoscendorū analogia est. suam tamen Aristotelis assignaret i circulo. Epi. haud sane intelligo. One. Nec cura
135 modo. sed sine nos pcedere ¶ Que sūt i tpe? Epi. q̄ mē-
136 surant tpe. One. ¶ Que sunt ea q̄ mēsurātur tpe? Epi.
Ea ipa sunt q̄ incipiūt t designāt in tpe aut q̄si ipm tps
duratio est. One. vt res sensibiles et rerū sēsibiliū mot? Q̄ diuerso
incipiunt ac desinūt in tempore. et horum celestiū/suo? modo res
rūq; motuū tempus duratio et mēsura est. Jdcirco hec sint in tpe.

oĩa et sunt in tpe et mẽsurañ tpe: hec quidẽ vt mẽsura equante: illa vero vt mensura superante. Epi. vis ergo oĩm et celi et terre ⁊ sẽsibiliũ durationẽ eẽ tẽpus: qõ tñ extra terrã et sẽsibilia oĩa existit. One. victoriũ oĩm omniũq; corporee substãtie: soli pmo mobili intrinseca duratio: ceteris autẽ oĩb⁹ extrinseca. Quẽadmodũ tua dimẽsio tue materie/coloris/caloris et reliquoꝝ tuoꝝ sensibiliũ accidentiũ extẽsio est: soli tue materie intrinseca. 137
Mã soli materie inest: ceteris autem extrinseca est. Epi.
¶ Sed an oĩa sint in tẽpore? One. multũ. O fili refert. sicut nõ oĩa dimẽsa sunt extensiõe. sed meministi nos dimensiones rebus ad occupandũ ⁊ dcsecandũ additas esse dixisse. Epi. Memini. One. et dimensiões replentie ipedimẽto eẽ. et q̃ a dimensionũ cõditiõe et natura recederent: magis replere/magisq; plena esse. Epi. et hoc memini. One. q; vna dimẽsio cũ alia dimẽsiõe simul esse non potest. Epi. Scõm extensionem videlicet. One. 138
¶ Neq; vna successio simul cũ altera scõm successionẽ. vt dies hesterna simul cũ hodierna nullo ingenio esse potest. Epi. verissimum est. One. Tota igiẽ tpalis duratio simul esse nõ potest: aut alicui⁹ tpis due simul mediates. vt neq; due simul corporis medietates. Epi. vey
One. corporis sez scõm extensionẽ: et tẽporis scõm successionẽ. 139
Impedit igiẽ tẽpus durationem: perinde atq; corpus replẽtiã. Epi. Videẽ. One. ¶ Videturq; tẽpus rebus cõcessũ: quo ipsarũ vna duratio ita occupetur alterã secũ nunq̃ admittat/vtq; secẽt i partes vt in annos menses/dies/horas/minuta: quẽadmodũ oĩs dimẽsio i infinitũ secabilis est. Epi. Dino. One. Ad durandũ ergo successio et tẽp⁹ minime requirunt vt neq; ad replẽdũ dimẽsio. Epi. minime requirunt. One. Nõne ergo quoꝝ duratio a successionis et tẽporis cõditiõe ⁊ natura recedit: magis durabunt: quãdoquidẽ successio ⁊ tẽpus durationẽ impediãt. Epi. videtur vt de luminũ replentia et dimẽsiõe. One. Et si magis adhuc recedunt: magis suapte natura durabunt. Epi. magis. One. et si in infinitũ duratio illa a successiõis et tẽporis natura ⁊ conditiõe (que duratiõi vt dixim⁹ ipedimento/obstaculoq; sunt) recedit/euaditq; semota? Epi. in infinitum du-

Manuductio a tpe ad eternitatẽ

rabit. One. Enimuero oẽm durationẽ continebit. et cuilibet durationi sẽper aderit: neq; vlla durationẽ cõtineri poterit. vt neq; ĩfinita plenitudo dimẽsione: neq; ab vlla excludiuñ. Et amice si scire cupis (⁊ cupis vt arbitror) que ea sint entia: sua duratiõe a successione et tẽpore recedentia: sunt illa beata/⁊ supramundana entia: quoꝝ duratio et euũ: sic se ad nostrã tẽporaneã durationẽ habet: sicut sua plenitudo ad nostrã dimẽsam et corporeã plenitudinẽ. Et id quod in ĩfinitũ ab omni successione/tẽpore/⁊ euo: semotũ recedit: de⁹ ipse est: oĩs eui/successionis/ et tẽporis fons et origo/infinita durationis immẽsitas/et eternitas: cui oĩa et ẽterita ⁊ futura pẽsentia sunt: vt omni dimensioni pẽsens adest. q̃ nulla durattone aut tẽpore aut euo cõtineri potest: neq; a quo excludi. cuiusquidẽ infinitã sempiternitatẽ: res caduce ⁊ sensibles in hac paucula (quã vides) tẽporalis durationis functione imitantur. Et celestes corporee substãtie in toto tempore/totaq; tẽporis successione. Et entia illa beata/et supramũdana in toto supertẽporali euo: maiore eternitatis similitudine. Epi. Gratissima sunt hec: sed q̃ nõ facillime infirm⁹ (vt de plenitudine dixim⁹) capiat mẽtis obtutus. One. Gratissima fili: et ad q̃ et altiora multo nostre Philosophie cõtendit conatus. Sed hec nũc pro tua mediocri introductione satis esse videntur. Tu hec interim digere/et digesta memorie mãda. Et cũvoles abito: nisi quicq; tibi relictum est querendũ. Epi. nichil oĩno. abeo et que mones memorie mãdare curabo.

Dialogi physice introductionis finis.

DIALOGI difficilium Physicaliũ introductorij note.

Analogia/certa rei ad rẽ ꝓportio: q̃ ĩcerta certis ꝓbat a Platone mirifice ĩchoata: ab Aristotele cõpleta: multis ignota: et a plerisq; Philosophorum occultata. Quid analogia

¶ Prote⁹ fili⁹ Oceani ⁊ Tethyos: vates maximus nõ nisi coact⁹/victusq; volẽs oĩa veridica soluere. Proteus

¶ Milo Crotoniẽsis athleta fortissim⁹: qui nude manus ictu in certamine olympico taurũ ĩterfecit. stadio vno: spiritu retento portauit: quem totum die illo comedit. Milo

Enārius. Homophron. Neanias. Oneropolus.

QVAM me humane hospicio suscepe-
ris O Homophron deo semp
eterno gratias ago: habeoq; tibi t semp
habebo gratiā: maiorē quidem semp ha-
bitur⁹ imo vero maximā: si p̄riusq̄ a tua
domo recessero et me mee domi recepero: ope tua One-
ropolū videā. Ho. nō mō videas: sed et ei⁹ familiaritate
vt voles vtaris. vir enī humanissim⁹ est t me vt Herme-
neū fratrē quidē grādiorē natu: sūma beniuolēcia p̄sequ-
tur et amat. Enan. O oportune: sed scis cur id tā opere
optarim: qr si domū cōcessero: vix aliqū ad vos sum re-
diturus: sic grādeua sū etate. t me ad remotiora loca se-
pius trāsferre defessa etas nō patit. fragile michi domi
cilū est: vt qō p̄pediē michi ruinā minet: et qō vbi me
trāsferē do sepi⁹ agitarē: veluti valido pstatū vētō stati
illisū corueret. Ho. verū ais. ego et tu O Enāti fragile
et vetustate caducū corp⁹ habem⁹. aīa autē ipsa nō sene-
scit. nosq; corporis maleficio/t demolitione aliqū mori
oporter. qñ autē nescimus. nisi qō nos q̄ multos iā viri
mus annos: t veluti currētes vt spaciū trāsegim⁹: mul-
tos nobis nō supesse cognoscim⁹ qō in futurū viuam⁹.
Enan. Ita natura vult t recta rō iubet. Sed audi pot⁹
quid dictur⁹ sim. In hac tū grādeua etate nō vidi q̄ me
maiore voluptate affecerit tuo filio. neq; id assētādi gra
tia dictū puta: qr eius pater sis t eius p̄bā idolē libent
audias. Ego p̄pter etatē ipm accersens dixi: O fili Ne-
nia ad me venias. plane dic michi qso si pulchra⁹ litte-
rarū ludo īdulgeas. si ipm colis. colo iquit. p̄be inq̄ fa-
cis: si hanc tuā pulchrā tuuētā virtutib⁹ t sciētijs ador-
nare conaris. sed quā disciplinarum inquā p̄steris? an
Grāmaticā/Rhetoricā/Poeticā? quid? quadā benigni
tate respōdit In his o Enāti nō amplius versor: aliquā
do tum versar⁹. meū siquidē nūc studiū circa Philoso-
phiam intētum est Ipsum vteri⁹ interrogo. ad singula
modo quidē mirabili t michi iucundo p̄ōptissime respō-
dit: meq; suis respōsionib⁹ attonitū reddidit. Qō cum

persensit puer. Q inquit Enanti: si Oneropolū p̄sens
audias (p̄ceptor nēpe meus est Oneropolus) te ī maio-
rem admirationē cōuersurus est. Et illa certe hora vi-
dendi Oneropoli validū et mirabile desideriū cōcepi.
Turpe michi videt senē virum: puerū admirari. Siqui
dem admiratio ex ignorātia nascit: eor⁹ etiā q̄ pueri mi
chi cognoscere vident. Sed turpi⁹ suam ignorātiam ad
sua sepulchra seruare michi visum est. Puerū tamē fa-
teor: sum admirat⁹. Tu igit cū Oneropolū cognoscas:
maturem⁹ gressum ad ipm: vt et videam⁹: t parit (vt pol
licit⁹ es) ipm audiam⁹. Ho. maturem⁹. Enā. Jube puer
vna nobiscū venire. Ho. heus. Neania. Ne pīto assū pa-
ter. Ho. i celer/p̄curre/nūcia Oneropolo me vna cū amī-
co hospite Enārio: nūc ipsū visitaturos. Ne. Nūciabo.
Ho. iā puer nūciauit. eccū Oneropolū egredientem hūc
facie macilentū. One. O vos Homophronē et Enāri gau-
dio me afficitis multo: et multū facitis vt amici: qñ ad
hoc meū domiciliū vos p̄uertitis. hec michi p̄fecto ani-
morū beniuolētia: nullo auro/nulloq; p̄cio extimāda ē.
Ho. voluit te o Oneropole Enāti⁹ videre. q̄ cū doct⁹ sit:
oēs doctos viros amat: atq; cū doctis libēs cōuersat.
One. eū ipsum a multo tpe itidē videre cupiebā. et tibi
debeo gratiā referre: q̄ huc ipm ad me adduxeris: q̄ cū
doct⁹ sit: ab ipso poterim⁹ aliquid obtinere. Enā. Qua-
lem te absentē Homophron predicabat: talē p̄sens in-
tueor. Sed o Oneropole nequaq̄ a me q̄q̄ discere pos-
sis. Homophroni nuper narrabā: quo pacto puer qui te
audiuerat: admiratione me pene stupidum et attonitū
reddiderit. tanto magis id facturus es o Oneropole: t
me de ignorantia multorū liberaturus. Ho. Tu Onero
pole nunc (vt putamus) alienis negocijs minime es oc-
cupatus. One. Neq; domesticis quidē. verum enimue-
ro optabam aliquē huc aduētaturū quo cū mutuos ser-
mones agitarē. Ho. Et nos itidē tecū conferre optam⁹.
Ob seqre igit Enārio et michi: et in tuo docēdi genere
apperias nōnulla: q̄ Enāti⁹ sūmopere cognoscere desi-
derat. Neq; multū ī accessorio sermone laborem⁹. Enā.
Nos id efflagitam⁹: t nos huc hac de re venim⁹/gratiā
careigit Hōphroni. One. Quādoquidē ita vultis: nō pos-

sum vobis nō moꝛē gerere: mō id possim qꝫ me rogatis Sed eamus intro: sūt subsellia ꝺbus ilideam⁹/ quiescamusqꝫ. Vos mō explicet ſ q̄ in re vobis gratificari queā. Enā. Si ꝯtitatis naturā nobis aperis. hic a puero in admiratiōnē sū adduct⁹. One. vt vtriqꝫ ergo gratificer: a ꝯtitatis aperiēda natura hoc pacto sumam⁹ exoꝛdiū.

Quātitatis partitio

Quāritatis cōtinue diuisio.

QVANTITATVM hec est continua hec vero discreta. Enā. Discretā nūc omittam⁹: et cōtinue naturā ꝓsequre. One. ¶ Cōtinuarū hec linea hec superficies/ hec coꝛp⁹/ illa vero tēpus. Et lineā/ superficiē/ et coꝛp⁹ dimēsiones nūcupam⁹ quaꝝ forte naturā pri⁹ audire desideras. Enā. Ꝺ ipsū. Sed interroga puerū obsecro. in hoc vel gratificabere non parū Hōphroni cognoscetqꝫ de filio me nimis vera locutū. Gratū ne tibi hoc factum putabis Hōphrō Hō. Gratū. One. Dic age O Meania qñ tuo patri et Enātio gratū est. ¶ Cur dimēsiones vt lōgitudo/ latitudo et ꝓfūdū reb⁹ sint tribute? We. Quo res ipe dimēse sint: lōge/ late atqꝫ ꝓfunde: q̄ res occupēt/ distrahank/ atqꝫ secētur vt albedo reb⁹ tributa ē: quo res albe sint et visu discernātur. One. Et si oēs ad distrahendū rebus sensibilib⁹ concesse sint: maxime oīm coꝛp⁹ ad occupandū tributū esse videt. Mā coꝛpa nunꝯ sese occupare et simul esse: natura pmittit. ¶ Sed an si vn⁹ sol in oriēte situs luceret et alter in occidēte: an inꝯ vtriuſqꝫ lumē nostrū cōcauū offenderet? We. vtriuſqꝫ. One. Etiā si collustra/ lumina qꝫ illa diuersaꝝ essent naturaꝝ? We etiā. One. et vbicūqꝫ in nostro cōcauo vnū illoꝝ luminū adest: illic adest et alterū. We. adest certe. quēadmodū per totū manū meā et vbiqꝫ simul adest coloꝛ et caloꝛ: et vbiqꝫ in lacte candoꝛ et dulcedo. One. Quo pacto id poti⁹ eueniat: ꝯ de meꝝ te? vt vbicūqꝫ nostrū sit vnus: simul alter nunꝯ esse possit? We. Non sine ratione. Mā lumina illa/ coloꝛ/ caloꝛ/ candoꝛ/ dulcedo et similia: neqꝫ dimēsiones sūt neqꝫ in se dimēsiones hūt. nos autē dimēsiones habem⁹. q̄ cū se occupare nequeāt: nos simul esse posse minime pmittunt. One. Sed ꝺd. replēt lumina illa/ caloꝛ/ coloꝛ/ cādoꝛ et similia? We. Replēt. et ꝺdē suapte natura: at nō occupāt.

1

2

3

4

One. et tua aīa/ tuaqꝫ potētia? We. Et hec quidē vt ꝯtū mee dimēsiones replēt: tū et mea aīa/ et mea potētia et q̄cunqꝫ illis dimēsionib⁹ in me ꝙtuncta sunt. neqꝫ ꝺdē hec se occupāt. Mā dimēsiones nō sūt. Que. Dimēsionib⁹ ergo vt repleāt tibi nō egere videnē. We ſcꝫ. ꝺn poti⁹ officiūt/ nocētqꝫ. One. Sublatis ergo nostris dimēsionib⁹ Hōphron/ Enāti⁹/ ego et tu simul idē replere possem⁹ vt vnius cuiusqꝫ nostrū simul act⁹ cū actu: et potētia cū potētia adesset. We. Michi ,phibet. nā nos non occuparem⁹ neqꝫ alter alteri ſpedimēto esset quomin⁹ simul esse possem⁹. vt neqꝫ lumē lumini. One. Et cēlesvt arbitroꝛ q̄ a natura dimēsionum et coꝛporea mole recedunt: magis suapte natura replere. We censeo. nec ab re quidē. cū dimēsiones plenitudini et replētie obstaculo/ ꝓpedimētoqꝫ sint. One. Et q̄ magis a dimēsionū cōditione ꝯ lumina illa posita recederent: magis vtiqꝫ replerēt. We. magis. One. Et q̄ neqꝫ sua natura/ neqꝫ per alterū dimēsa sunt: magis a dimēsionū ꝙditione recedūt. We. magis certe. One. Magis ergo replēt. We. Fateoꝛ. One. Et si ꝺd ad huc in ſinitū magis a dimēsionū ꝙditione recederet/ q̄ plenitudini/ replētieqꝫ officiūt. We. Ꝺ in ſinitū repleret/ imo idipsum ſinita plenitudo esset. One. Videsergō chare Hōphronis fili ꝯ facile sit celestes/ supramundanasqꝫ beatas ītelligētias celos replere: quādoquidē hoc sensibile lumē tā facile nostrū cōcauū offundēs: minus a dimēsionū cōditione/ atqꝫ natura recedat. videsrursū quo mō de⁹ oīm rerū ꝓncipiū: infinita sit plenitudoꝛ ola idcirco replēs: quē neqꝫ celi et terra capiāt ſfra mundū totus existēs totoꝛ et extra: hūcqꝫ mūdū factū in Atomo. We. haud hoc vltimū intelligo. One. Sue plenitudinis ſcꝫ. Hec forte et similia. O Enāti a puero audiuisse potuistit si hac de re ipsum tētaueris. Enā. Audi ut equidē alia. et semꝑ modo mirabili: moꝛe tuo in fine aliq̄d diuinū ꝙficiebat. ¶ Sed tu age. te aliquātulū de animi nostri plenitudine loquērem audiā. One. Ut tibi placet. Michi siquidē videt nostra aīa magis suapte natura a dimēsionū natura et cōditione recedere: ꝯ bouis/ leonis aut cuiusꝯ alteri⁹ aīalis aīa: vt cui nichil vnꝯ distrahi/ aut addi quicꝯ possit. Coercetur tñ/ cōtinetur qꝫ

Ab infima plenitudine ad sūmā ſub uectio

dimẽsionũ finib⁹. Enã. magis recedere arbitror. One.

Q aia rõnal cũ supioꝛib⁹ mẽtib⁹ et cũ inferioꝛibus formis cõueniat.

¶ Q nõ distrahitur: hoc habet qua cũ superioꝛib⁹ mẽtibus cõuenit. q vero dimensione coercek/ cõtineturqꝫ: qua cũ inferioꝛib⁹ formis. Enan. Quid ais coercetur? One. Per accidẽs videlicet Mã nostra aia nostris dimẽsionibus cõiungitur: partĩ sicut albedo: partĩ vero alio modo. Mã coꝛpus dimẽsum iformat. Et sua plenitudo/ suaqꝫ repletiua tãta est: quantũ coꝛp⁹ ipsum: coꝛporisqꝫ dimẽsio. Et si coꝛp⁹ excrescere ꝙtumlibet intelligam⁹: ipsam nullo eddito totũ replectura est. ⁊ si quãtumlibet minui: nec; plus minusculo coꝛpore replebit. excremẽta tñ ⁊ decremẽta: natura determinata sunt. habet igit rõne dimẽsionũ: vt nõ plus q̃ suũ coꝛpus (siue magnũ sit siue paruũ) repleat. Enã. Et diceres forte aiam quãtã p accidẽs. One. Michil obstat. nã dimẽsionib⁹ cõiũgit: eius q̃ dimẽsionib⁹ arcek atqꝫ cõtinek plenitudo: sed nõ desecak distrahiturqꝫ: vt ⁊ cetere forme: dimẽsionũ distractione. ¶ Sed si supioꝛ supꝛamũdanaqꝫ mẽtiũ aliq̃ sit in oꝛiẽte: totã ponem⁹ esse i oꝛiẽte. nã partes nõ habet. Enã. verũ ais. One. Et si in occidẽte: totã in occidẽte. ⁊ vbicũqꝫ fuerit: totã. Enã. vbicũqꝫ fuerit: ponem⁹ totã.

Alaꝫ rõnalẽ eẽ totã in toto et totã in qualibet coꝛporis parte.

Sed q̃d tũ One. Et cũ nostra aia ceterarũ inferioꝛ formarũ: sit maxime vna: vt q̃ partib⁹ careat quib⁹ distrahi/ diuelliqꝫ possit: ⁊ ipsa vbiqꝫ i nostro sit coꝛpe: ipsa tota erit i toto coꝛpe/ ⁊ tota in q̃libet coꝛporis parte: quẽadmodũ intelligẽtia tota: in toto celo/ et tota in q̃libet celi parte. Et enĩ celũ ad itelligẽtiã: ita coꝛp⁹ hoc nostrũ ad animã. hoc tñ interest. q̃ supꝛamũdana mẽs: celi dimensionib⁹ nõ ꝛiungit/ illis nõ coercek aut cõtinek. qõ mẽs nostra suis cõiuncta dimẽsionib⁹: sustinet ⁊ patiẽ. Enã. videoꝛ ꝛcipere quõ nostra aia: tota sit i toto coꝛpoꝛe: totaqꝫ rursũ in q̃libet coꝛporis pte. qõ ad hãc vsqꝫ etatẽ elanguit cognoscere. ⁊ me hac ignoꝛãtie egritudine (fateoꝛ) pulchꝛe soluisti. One. ¶ Sed q̃d de pũcto? Enan. Tuũ expecto iudiciũ. One. Perpax michi replere videtur: sed potiꝰ eẽ replẽtie terminꝰ. Mã linea: q̃ lõgitudine tantũ replet. Enã. Et michi quidẽ ita videk. One. Qõ igit hoꝛũ magis plenũ/ magisqꝫ replet: an pũctꝰ/ linea/ superficies an coꝛpus? Enan. Coꝛpus. One. Mã sua ple-

nitudo tribus perfecta cõsurgit: lõgitudine/ latitudine et ꝓfundo. Replet enĩ et secundũ lõgum/ et latũ/ et ꝓfundũ. Deinde supficies. cuius plenitudo duob⁹ cõtenta: tantũ lõgitudine ⁊ latitudine replet. nox linea/ vno: sola lõgitudine replẽs. Et hoꝛũ omniũ vltimũ locũ obtinet punctũ: minime sua natura plenũ. Enã. Ita videk.

9 One. ¶ Utrũ ergo illoꝛũ an pũctũ/ an coꝛpoꝛ: supioꝛib⁹ mentibus et aie nostre simili⁹ putas? Enan. Ego ratiocinatione tua huc adduct⁹: coꝛpus simili⁹ esse puto. Mã maxime dimẽsionũ plenũ replentiãqꝫ habẽs cõclusit: pũctũ autẽ oĩm minime. mẽtes autẽ supioꝛes et aia nostra: maxie plene. One. Ergo tibi videk supioꝛes mẽtes et animã melio⁹ per coꝛp⁹ inuestigari posse ⁊ cõcipi: q̃ per punctũ. Aut autẽ id ꝙ pũctũ efficere molirek: tẽtaret id efficere: ꝙ id qõ remoti⁹ est atqꝫ dissimili⁹. Enã. Tentaret, ꝓfecto ideoqꝫ id sati⁹ efficeret ꝙ coꝛpus. One. ¶ Uides ergo quomodo nostra aia: superioꝛ et inferioꝛũ media est. his affinis: q̃ materie cõiuncta: dimẽsionib⁹ arceatur/ cõtineaturqꝫ. illis vero: q̃ ipers sit: nullas (vt et celestes forme) quib⁹ distrahak ptes habẽs: vinculũ oĩs et celestis ⁊ sensibilis creature. Enã. Hec michi o Querope audire gratissimum est. One. ¶ Sed age si a nostro cõcauo dimẽsiones sublatas itelligam⁹ (qõ tamen fieri natura nõ posse nulli dubiũ ẽ/ i nulliusqꝫ cõtrouersiam venit). Quid tũ: an nostrũ cõcauũ plenũ/ an vacuũ putas? Enan. Et tu quid eo in casu sentires? One. Plenũ: substãtia scilicet: vt materia ⁊ rerũ formis. Mã a dimẽsionib⁹ plenitudinẽ/ replẽtiãqꝫ nõ habere cõfessi sumus: vacuũ autẽ coꝛpe dimenso. Enã. Haudeo hec a te cognoscere. ¶ Sed tũc materia et rerũ forme nullo pacto occupant. One. Meqꝫ vllo pacto q̃dẽ distrasti/ diuelliqꝫ possunt: immo sicut dimensio rerũ cõtinuatio ẽ: ita quoqꝫ rerũ distractio atqꝫ diuisio. Enã. Quo pacto igitur tũc makia totũ nostrũ cõcauũ replẽs: a supioꝛe substãtia differet? ⁊ eiꝰ replẽtia ab illiꝰ replẽtia? One. Longo interstitio. Mã ipsa semp dimensionib⁹ cõiungi nata est/ eas in se recipere/ eaꝝ sectione secari/ ⁊ occupatione occupare. Intelligẽtie autẽ et supioꝛi substantie: nichil tale ꝛuenire potest. sicut ne qꝫ alba/ neqꝫ nigra/ calida/

Materie a dimensiõib⁹ separate ⁊ substãtie superioris discrimẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aſ oīs diui-
ſio quātitatē
ſequatur.

aut frigida vnꝫ ex poteſt. Enā. nūꝫ ſane. One. ¶ Vidē 13
tur ergo diuiſio ⁊ pres: q̄titatē ſeq. Enan. Proculdu-
bio. One. Sed hec diuiſio ⁊ he partes: q̄titatē diſcretā.
hec vero rurſus diuiſio et he ptes vt diſtracte/diſciſſeq̄
cōtinuā. Quo fit vt ſeparate eo quo poſuim⁹ mō mate-
rie: hoc mō partes nulle ſint. Mā ſecari/diuelliq̄ nō po-
teſt. Enan. diſcretā quātitatē alio loco determinandā po
ſtulauim⁹. Sed tu modo dic obſecro: haberet ne mate-
ria hoc modo ſeparata: ptes? One. Idcirco addidi hāc
diuiſionū haſq̄ partes: q̄titatē diſcretā ſeq. Enā. Quo
pacto? nō perpēdo q̄d velis. perpēdis tu Homophro-
ne. haud adhuc enāti ſed nobis clari⁹ aperiet. Fac no
bis o Oneropole: clarā huiuſce rei intelligētiā. One.
Rē q̄rtis faciendā ad quā graues ſcirpi/graueſq̄ ſur
gunt difficultates: mozē (tamē) gerā (vtcūq̄ potero) fa-
cere quod optatis. capio materiā dimēſā A b inter nos
et celi cōcauū cōtentā: quā in quinq̄ partes A/C/D/E/
B dimēſiōis diuiſiōe: intelligo diuiſibilē. vocoq̄ mate
riā ſub dimēſiōe A cōſimilē materiā B: et cōtētam ſub
c materiā c: cetera deinceps. manifeſtū eſt materiā A nō
eſſe materiā C. Nā ſimul diſtractiōe dimēſionis A di-
ſtraherec ſcoꝛſū a c: et parī ratione ſcoꝛſum a d. quare
materia c non eſt materia d. et de reliquis idē ſubit iu-
diciū. Enan. idē. One. Subſtracta ergo dimenſione a
tota materia a b: remanet tota materia a c d e b: totū
nō occupando replens. Enan. remanet. One. remanet
etiam materia a et materia c/et d/et e et b. et materia a
non eſt materia c: neq̄ c materia d. vt neq̄ prius. Fieri
ne⁹ nequit vt q̄ pri⁹ diuerſa/diſtinctaq̄ ſūt: vnꝫ fiāt idē. Et
d e/et b idē ſubit iudiciū. Enā. Proculdubio. One. et
partes ille diuerſe totā materiā a b conſtituentes: vt di
uerſe dimenſionis partes totā dimēſionem: diſſectiōis
diſtractiōiſq̄ partes dici nequeūt: vt q̄ nullo pacto deſe
cari/diſtrahiq̄ valeāt. Enā. rōnabile videk. One. Par-
tes igit̄ diuerſe diſcretiōis erunt/et ſcōm numerū ſum-
pte: et diuiſio illa ſcōm quātitatē diſcretam intellecta.
Enā. Opoꝛtet. One. Intelligis ergo: cur pri⁹ dixeri hāc
diuiſionū/haſq̄ ptes quātitatē diſcretā ſeq? Enā. Arbi
troꝛ vtrūq̄ noſtrū mediocriter cōiectare. ¶ Sed forte 14

neuter noſtrū ſentit qui grauis ſcriptus queue grauis
difficultas i de emergat. One. maxīa pfecto ſecretiſſima
et latētiſſima: quomō videlicet vnū ſit multa. quāquidē:
Sophiſte: ſophiſtice tractār. et Philoſophi occulte ⁊ p
funde. Enā. Aperi⁹ id nobis ſtelligēdū cōmitte. One.
vt poſſum. id addubitant: ne quēadmodū ptes replētie
materie a/c/d e/et b multe ſunt et diuerſe: tametſi nūꝫ
dimenſiōibus ſubſtrata/ſubiectaq̄ eſſet materia: an id
plenitudini ſtelligētie/ꝛaīe cōpetat/vt ſi ſit coꝛpus meſi
g k ſcōm dimēſionē et materiā in q̄tuoꝛ ptes g/h/i/k diu-
iſſibile: non vobis dubiū eſt aliud mee potētie et maīe
eſſe ſub g/aliud ſub h/aliud ſub i/et aliud ſub k: q̄tuoꝛ-
q̄ eſſe potētie diuerſas replentie ptes. Enan. nō dubiū.
One. Sed vobis dubium eſt an aliud aīe ſit ſub g/aliud
ſub h/aliud ſub i/et aliud ſub k. Enā. Id nos āgit. One.
Sed quid tandē vobis videk? Enā. Mihi quidē ſic eſſe
opoꝛtere: quid autē Homophroon ſētiat: neſcio. Mo. Idē
quoq̄. One. Non igitur g anime eſt ſub h neq̄ h ſub i
Enā. ſic eſt. One. Euanuit igit̄ ſuperioꝛ ſermo: neq̄ id
plane verū eſt noſtrā animā totā eſſe ī toto coꝛpoꝛe/to-
tāq̄ in qualibet coꝛpis parte. quēadmodū tū ſupra cō-
feſſi fuimus: ſed tota erit in toto et ptes in ptib⁹. imo cū
materia quedā ſit ptiū ifinitas ex quibus conſtat: ſimi-
libus tñ natuꝛa: ſicut linea ex ifinitis ptialibus cōſtat li
neis: ita quoq̄ aīa nra q̄dā erit ptiū ifinitas ex q̄b⁹ ſuo
modo: vt materia ex ſuis: ſubſiſter. tametſi cū dimēſiōe
(vt materie partes) diſtrahibiles non ſint. q̄ ſi vobis
abſurdū videtur: neuter veſtrū recte ſenſit. Enā. neuter
vt opinoꝛ. et nos belle ad cōceſſoꝛū oppoſita deduxiſti.
Sed nūquid aliud et aliud replētie aīe noſtre eſſe opoꝛ
tet ſub g/ſub h/ſub i/et ſub k? One. nō ſi vt opoꝛtet re-
darguti ſumus. Enā. Oſtende ergo nobis ſi potes quō
id nō opoꝛteat. et nos hac ignoꝛātia libera. One. Graue
on⁹ iponitis. id tū quōcunq̄ efficere molīar. Enā. Sat
nobis erit. One. Recte ne dictum putatis: rerū oīm p̄n-
cipiū: infinitā plenitudinē eſſe/olaq̄/replere? Enā. Re-
cte. One. Et id ipm vnū eſt. Enā. imo maxīe vnū. One.
Quod autē maxime vnū eſt: fieri neq̄t vt ptes vllas ha-
beat. Nam iā pot⁹ multa eſſet: et nō ipm maxime vnū

k
i
h
g

Enan. esset. One. Et tamen eius plenitudo atq; replentia adest parti materie a/et c/et d/et e/et b. quandoquidem infinita est: et omnibus adest. Enan. Adest procul dubio. One. Et tamen non aliud et aliud plenitudinis eius et replentie: nam partes haberet. Enan. Sic est. One. Non igitur si alicuius plenitudo et replentia alicui tori dimenso assit: oportet cuilibet dimesu mediarū/ tertiarum/aut quartarum: aliud et aliud plenitudinis illius respondere. Enan. Non certe oportet. One. Et ita de intelligentia et nostra anima. que si secus repleret/diuersaq; numeri plenitudinis partes haberent: quelibet esset quedā partium infinitas: et potius infinita q̄ vnum. Enan. recte dixisti nos in grauem vnius et multorum incidisse difficultatem. One. ¶ Grauis hec fuit (nec immerito) atiquorū Philosophorum difficultas: vt Parmenidis Pythagori/et Zenonis Meleate vides ergo quo modo anima nostra sit punctū corpus nostrū replens. et intelligētia punctū replēs celū. deus autē punctū: totū replens vniuersū. punctū autē vbiq; i analogia. Enan. Effecisti qđ postulabam⁹: reddidistiq; nos tua responsiōe contētos. graues que ex dict⁹ emergere possent difficultates nunc missas faciam⁹: et aliqđ leuius tractemus. One. quidnā? Enan. cū nobis de dimensione inciderit sermo: quā trinā posuisti longitudinē/latitudinē et ꝓfundū. Itidē lineā/superficiē/ et corpus: et punctū omniū videak esse termin⁹: nobis gratificabere si eius naturā explices. One. Sūmopere cuperem vobis obsequendo placere: et vobiscum conferēdo veritatē inquirere. Sed forte Denanti harum rerum longi temporis vsus te fecit peritum: aut ꝓpriꝰ ingenū excellens bonitas: aut ex aliorum libris (qui perquirēdi studiosus es) iam optime vidicisti: et solū nostrū dogma examinare tentas. Enan. Non ita est per amiciti am nostrā Dneropole. verū vbi ceteris meo more cōtrarius sū: ego tecū vna et Domophron libēter concordamus: et ego id abste ꝓ munere rogo: vt tuā deprom as sententiā. Do. Ego itidē requiro. One. quādoqdē me serio requiritis: qualēcūq; tñ meā depromā fētēnā hinc michi aucupans exordium.

Parmenides
Zeno.

16 ONTINVA sant quorū vltima sūt vnū. Se

17 tangētia vero: quorū vltima sūt simul ¶ Punctū est linee vltimū cuiusq; dez pars nulla est. Nā si partes vllas punctū haberet: ipm minime vltimū esse posset ¶ Et linea est superficiei vltimū: latitudis expers. ¶ Supficies vero

18 corporis vltimū: spissitudis/crassitudisq; expers. Pūcti siquidē natura est ad cōtinuādū/terminādū et tāgēdū.

tota materia a e:arbitraris ne etiã cõtrariari cubitali a e. Enã. Ego equidẽ arbitror quãdoquidẽ eidẽ subiecto a e vicissim assint:ꝛ nunq̃ simul se eidẽ adesse pmittant. One. Nã se occuparent:nõne ergo tota dimẽsio a b:contrariatur toti c d:et ps vt a e:parti vt c h:? Enã. Sic est. One. et si c h aduenisset makie e f:nõne vens am dimẽsionem e f expulisset:? Enã. Mimirũ expulisset eadẽ ratione One. Et si aduenisset materie f g:expulisset dimensionẽ f g. Et si materie g b:expulisset cubitalẽ dimẽsionẽ g b.

a e f g h
c h i k a

Enã. Indubie. One. Est igitur c h:cuilibet cubitali a b contrariũ. Enã. Est vtiqz. One. et ita de h i/et i k/ꝛ k d necterẽ argumẽtũ/ostẽderẽqz vnũquodq; ipoꝛũ vnicui qz cubitaliũ a b:esse cõtrariũ. Enã. cõsimiliter certe. One. ita amice tota qualitas toti qualitati quã expellit:abit contraria. vt tota expellẽs dimensio:toti expulse dimensioni. Enan. Nihil minus. ꝛ totas adinuicẽ abire cõtrarias minus in cõtrouersiã venit:pcertim cũ intense fuerint. ¶ At quid de partib? sentiendũ sit et de ipis cũ remisse fuerint:ambigendũ est. Nam et pars parti/et ipe remisse in eodẽ subiecto et secundũ eandẽ partẽ:se simul admitere videnf. One. Atramẽ totã toti esse cõtrariã ꝛ partẽ partimobis dimẽsio nisinuat. Enã. Mihi q̃dem non satis. One. Dic age cũ incipit a b rarescere a parte a:ita vt acquirat c h et nihil vlterius:nõne stat c h ĩ materia a b cũ e f/f g/ꝛ g b:que sua tñ cõcessa sunt esse contraria neqz se mutuo expellũt imo neqz vnq̃ expellerẽt. Enan. Sic est. One. perpendis ne id esse:q; rara dimẽsio c h nõ adueniat in situ e f aut alicuius altoꝛũ cubitaliũ. Si enĩ aduenisset:? peuldubio quodcũqz illoꝛũ abiecisset vt abiecit a e. alioquin se occupassent. Ita ne sentis:? an aliter:? Enã. Sic recte. One. Et nũq̃ se expellũt nisi simul aduenĩat secũdũ extẽtionẽ ita vt nisi alterũ expelleretur/abisceretur qz se occuparẽt. Enã. Est vt ais. One. Et qõ in dimẽsione extensio est:in latione est successio/ꝛ in qualitate intẽsio. Et quẽadmodũ dimẽsiões extẽsiõe sese occupare neq̃unt: ita neqz latiões successione/neqz qualitates intensiõe. Si enĩ decẽ pedalia sese occuparẽt decẽ pedalia solũ tñ atq; vnũ occuparẽt:Et si decẽ horę se duratiõe occuparẽt:decẽ horę solũ tñ atqz vna. Ita si

Obiectio 47

Solutio

decẽ qualitatis gradus se intẽsione interciperẽt occuparentq;:decẽ gradꝰ solũ tantũ intẽsi atq; vnus appareret vt decẽ caloꝛis gradꝰ se intẽsione penetrãtes solũ tñ caloꝛis (vt vnicus) ĩducerẽt. Enã. Haudeo One ropole hec a te audire ꝛ discere. Sed pgemoꝛor cognoscere q̃d ĩde factur? ris. One. oĩa cubitalia ꝛ pedalia dimẽsiones sũt extra se scõm extẽsionẽ. ꝛ oẽs horę ꝛ horarũ minura:lationes sũt extra se scõm successionẽ/ꝛ durationẽ. Quid igitur q̃litatib? accidet:? Enã. videre videoꝛ q̃ tua tẽdat interrogatio. ꝛ certe michi q̃litatib? recte accidere videtur:oẽs suos gradꝰ extra seinuicẽ esse scõm intẽsionem. One. Sane cõcepisti. Enã. ¶ Pulehrã q̃ lecturã michi fecisti ꝛ haud dubitauerim verã:quõ duoꝛ lucidoꝛũ lumina (etsi in medio se intrẽdãt) nunq̃ tamẽ se pmisceant cõfundãtq; (vt aiunt inspectiui) sed distincta se mõstrẽt. One. Sit igiẽ caliditas l m. et frigiditas n o:toti calidi tati l m cõtraria. Enã. Esto. One intelligam? vtrãqz in tres partes intẽsione equas diuidi:vt l m:in l p/p q ꝛ q m. ꝛ n o:in n r/r s/ꝛ s o. Manifestũ est totã frigiditatẽ n o aduenientẽ subiecto l m expellere totã caliditatẽ l m. Enan. Haud dubiũ est. One. Et si n r aduenireꝛ l p secũdum eundẽ intẽsionis situ:expelleret l p. Nam se intensione occupare nequeunt/pmiscere/et cõfundere vt diximus. vt dimẽsio c h aduenies secundũ eundẽ extẽsionis situm dimẽsioni a e ipsam expelleret. Enã. Michi iam quidẽ perspicuũ est. One. Est igiẽ pars frigiditatis n r cõtraria parti caliditatis l p. vt q̃ eidẽ subiecto vicissim assint: a quo se expellãt mutuo. Enan. Sic indubie est. One. Et cuicũq; reliquarũ partiũ l m secundũ fue intẽsionis situ aduenisset:itidẽ ipsã pepulisset. vt si aduenisset secundũ situm p q:pepulisset p q. Enã. Eadẽ ratione vt l p. One. et si secundũ situ partis q m:pepulisset q m. Enan. eadẽ rõne q m. One. est igitur frigiditatis pars n r:cõtraria parti caliditatis l p/et p q/et q m. Enã. Est indubie. One. Et quilibet gradꝰ q̃litatis cuilibet qualitatis contrarie gradui contrarius: vt de dimẽsionibꝰ et dimẽsionum cubitalibus diximus. Enan. Eodẽ modo. One. Vides ergo quomodo philosophari de dimensionibus: est de qualitatibus Philosophari. Et retro

l p q m
n r s o

tota q̃litas toti/et ps parti sit contraria

agitur. de qualitatibus philosophari: est philosophari de dimēsionibus. Enā. Percipio hactenꝰ quodā modo sed nō quātum cupio. ¶ Anītu ais idē simul eidē inesse 48
Obiectio posse: cum se debeāt mutuo expellere? One. Non simul. Enā. Age iā cōcessimꝰ n r/et l p esse cōtraria. One. Concessimꝰ. Enā. Et in eodē subiecto et eadē subiecti parte est l p/et p q. One. Verum quia extra se nō sunt secundū extensionē. Et si n r aduenit secundū situm intēsionis p q: delet p q/et non l p. One. Verum ais. Enan. sunt igitur n r/et l p (que adinuicem sunt cōtraria) in eodē subiecto et eadem subiecti parte et simul. One. Acutissime
Dilutio O Enāti. verū secundū sanā (quā solam ego ⁊ tu et querimus ⁊ curamꝰ) intelligētiā plura ꝑ debueris ītulisti. Nam id tecū sentio n r et l p eidem subiecto et eidē subiecti parti adesse. At nō simul. Nā extra scinuicē esse iam cōcessimꝰ. Cōtrariorū enim natura est non posse eidem
l p q m subiecto simul adesse. Si quātitates sint: nō posse quidē
n r s o simul extēsione eidē subiecto adesse. si qualitates: simul intēsione. ⁊ si cōtrarie lationes: simul duratione/successione. ꝯ. sūt ergo n r/⁊ l p in eodē subiecto: sed nō simul.
a e f g b
c h i k d Nā se intēsione nō occupāt. Enā. et rōnabile id quidē: sed dabis veniā. id me fefellit qꝯ solū ad esse simul tēpore aduertebā: vt pleriq; expositoꝝ michi aduertere videntur. One. Etsi ⁊traria simpliciter simul tēpore eidē subiecto et eidē subiecti parti adesse nō possint: q̄litatis tamē cōtraria scōm q̄d: id nō exigūt: sed nō adesse posse simul intēsione eidē subiecto. ⁊ simul extēsione ⁊ intēsione: sub mō simul tpe ⁊ successione a Philosophis ītelliguntꝫ. est enī vnū: aliorū apta sīlitudo. Enā. Que cōtraria simplr/⁊ que q̄litates scōm q̄d ⁊trarie: postea dicturus es. ¶ Sed hāc adhuc michi excute dubietatē: quō 49
Obiectio ergo duo similis dimēsionis cubitalia nō sūt cōtraria? cū se simul extēsione nūꝯ admittere q̄ant. ⁊ duo caliditatis gradꝰ? q̄ simul intēsione stare neq̄unt: vt neq; vnꝰ caliditatis et vnꝰ frigiditatis: ne se intēsione occupent.
Solutio One. Forte tenes q̄d hic respōdendū sit. Enā. Si teneo cupio te audire an mecū sentias. One. Multū refert O amice Enāti quin duo similis dimēsionis cubitalia contraria sint/aut duo similis q̄litatis gradꝰ. Nā nō pluri-

mum distant: neq; vnū simul alteri aduenire ⁊ ipsum expellere natū est. Contraria autē ⁊ maxime distāt: p⁊cer tim simplicīt et maxime cōtraria: et eidē subiecto simul aduenire ⁊ se mutuo expellere nata sunt. Enan. Ydipsū michi coniectabā. One. Vides ergo quo pacto c h raritas in eodē subiecto stat cū densitate opposita e f/f g/et g b/Enā. Video equidē. One. et id quidē maxime fieri potest: nā vna cū illis secundū extensionē nō est. Et quo modo n r frigiditas ī eodē subiecto et eadē subiecti parte sit cū qualitate cōtraria l p/et q m? Enā. et hoc idem.
50 One. Nā simul scōm intēsionē nō aduenīūt. ¶ Et si q̄s a te scīscitaretꝫ. cur potiꝰ c h abiecit a e ꝑ e f: q̄d respōderes? Enā. potio: siquidē ratio ē: nā situi dimēsionis a e aduenit: ⁊ nō situi e f/aut alicuiꝰ reliquaꝝ partiū. One. et recte quidē. Et similiter cur potiꝰ gradꝰ frigiditatis n r deleuerit gradū caliditatis p q: ꝑ aliquē alioꝝ? Enā. quia scōm intēsionē p q aduenit ⁊ nō alioꝝ. One. potio: igīt ratio ē cur hūc gradū ꝑ illū potiꝰ expellat. Enā. Est certe: nā hunc solū depellit: cui scōm iutensionem aduenit. quēadmodū cubitale solam cubitalem quātitatem cui secundū extensionem aduenīebar. One. nunc a quātitate p⁊sidiū sumis. Enan. Sic a te doctꝰ per quātita-
51 tem de qualitate philosophoꝝ. ¶ Anū tamē adhuc a te Instantia doceri cupio: quo pacto eueniat duo remissa eidē subiecto et eidē subiecti parti adesse posse: non autē duo intēsa. quod tamē michi posse videtur: si duo intēsa extra se secundū intēsionē (vt et duo remissa) veniant. One. vnū quodq; o Enanti eo modo quo fit: natura fieri pmittit. Dilutio
Et vnūquodq; magnitudine/paruitate/raritate/dēsitate/duratione/et intēsione: natura determinatū esse diximus. Enā. dixim?. One. Et natura maximo: nullū alterū natura maius esse pōt. Enā. nullū. One. Et natura rarissimo aut dēsissimo: nullū natura aut rariꝰ aut dēsiꝰ Enā. Sic ē. One. Et diuturnissimo aut mora correptissimo nichil diuturniꝰ aut mora correptiꝰ. Enā. nichil. One. Et nā intēsissimo ⁊ calidissimo aut frigidissimo: nichil natura. intēsius: calidiꝰ/aut frigidiꝰ. Enā. indubie. One. Alioq̄n darek maius maximo: q̄ natura nō susti net neq; miꝰ mimo. Enā. Ita oporteret. One. Age nūc

a b c d e f g h i k x l m n o p q r s t u

quid calidius igne/et quid igne rarius? Enan. Nichil natura aut calidi⁹ aut rari⁹ existimo. One. Sic esse in nos statuamus. Erit ergo ignis natura calidissimus. Enan. Erit sane. One. Et vbicunq; vnum contrariū est: alterū aduenire natum est: tum intēsione/ tū extensione Alioquin se ab eodē subiecto nō expellant. Enan. Ex superiore sermone cognitum est. vt neq; dimēsio dimensionem expelleret: nisi simul secundū extensionem coaduenire. One. Et ignis a nobis concessus est calidissimus. Enan. Cōcessus. One. Maximā igitur ignis caliditatē in decē partes intēsione equas a b c d e f g h i k cogitatione diuidamus: quarū quālibet: gradum vocem⁹: hoc abs te requiro an vn⁹ frigiditatis grad⁹ vt l: simul esse possit cū maxima caliditate a k: Enan. Quid prohibet? One. Non simul intēsione cum a erit: nam duo contraria simul essent. Probata sunt autem prius esse cōtraria. Enā. Fateor. One. Neq; eadem ratione cum gradu b: aut aliquo aliorum decem nominatorū. Enā. non certe. sed nichil prohibet illum gradum extra illos decem aduenire: et eidē subiecto q eidem subiecti parti adesse. hoc enī prius ītelligebā cū admisi l simul cū maxima caliditate a k esse posse. One. idipsum ārebā. et tibi sic esse videt: michi vero secus. Esto attamē vt vis si possibile est: aduenīatq; gradus frigiditatis l eidem subiecto cū maxima caliditate a k: intensione tamē extra a/b/c/d/et reliquos gradus. Enan. Admitto. One. vbicū; vnū cōtrariū nature potentia esse valet: illic potest et reliquū. Enan. potest. One. Alioquin nō expelleret ipsum: nisi ipsl aduenīret secundū ipsius extensionis aut intensionis sitū. Enā. non expelleret. One. At l frigiditatis gradus nature potentia aduenit subiecto a k extra decē caliditatis gradus a b c d q reliquos. Enan. cōcessum est. One. illic igitur et secūm eius intēsionis situm aduenire potest caliditas: que ipsum expellat. Enā. Sic oportet. One. Aduenīat igitur quādoquidē id possibile est: vt x. Enā. michi admittendū est. One. vides igiē a x totā caliditatē q a k eius partē. Enā. video plane. One. nō erit igiē a k maxima natura caliditas: aut dabis maius maximo. Enā. id certe ſpossibile est et me pulchre ad id qō

desiderabā perduxisti. Et gaudeo me fuisse conclusum. Quid grad⁹
ξ2 One. ¶ O Enāti quopacto diffunt Astronom⁹ circuli circuli scōm gradū? Enā. Aliqñ tenui: michi forte nūc e memoria la astronomos ipsum est. Credo ipsos circuli gradū vocare ei⁹ tricētesimā atq; sexagesimā partē. One. haud lapsū est. At vero hic nō ita noīe grad⁹ vtimur. Quia tamē nomē positū/ aptū; non habem⁹: nostrū trium mei/tui q homophronis instructionis gratia gradū diffinīamus. Enā. Quo pacto? One. Sine controuersia in re q noīe gradus: conQuid grad⁹ qualitatis. cordemus/cōsentiamusq; gradū qualitatis esse maxime natura qualitatis in decem intensione equas partes diuise: quālibet decimā aut decime equalē. Enā. maximā natura qualitatē intelligis (vt arbitror) maxime nature potestate intēsam. One. intelligo. Enā. Prosequere vt voles: ipse tecum cōcordo. Mo. Et ego q eo maxime q numerū denariū. Pythagorici maximū crediderūt: et seriem numerorum haud vltra ꝓcedere. Maximā itaq; qualitatē michi iuste videris in denariū graduū numerū soluisse. One. Tāetsi o Homophrō prime rerū noīb⁹ impositiones voluntatē/ arbitriūq; nostrū seq videant: operēpciū tamē est eas aliā ratione muniri. Attamē id me (vt ita describerē) nō mouit: sed q ꝓplurimi i intēsione q remissione declarāda q ālitatū ḡtrarietate: eo vtātur numero: nescio q ratione pmoti. Tu vero me aliqd alti⁹ excogitasti: q rōne tua ḡsentaneū erit gradū q̄tita
ξ3 tis vt raritatis aut dēsitatis eo numero diffinire. ¶ Sz de ālitate nūc agim⁹. Si ergo i aliq subiecto solū essent quatuor caliditatis grad⁹ a/b/c/d: an caliditas hec intensa esset an remissa? Mo. Enātius respōsiones aknare inceptauit: suū est q nūc respōdere. Enā. ego vero dicerē esse remissam. One. Et bñ. Sed admitteret ne secū quatuor frigiditatis grad⁹/vt l/m/n/o? Enā. Admitteret. dūmodo simul ipsis scōm sue intēsionis sitū nō aduenirent. Nā extra situm maxime caliditatis nō aduenirēt. One. Optime. Maxima enī caliditas decē est graduū. cōcederes ergo ipsam q q̄nq; frigiditatis grad⁹ secū admittere q sex. nā q̄tuor q q̄nq; sunt nouē: et q̄tuor et sex sunt decē. Enā. Cōcederē. vtriq; enī grad⁹: maxime caliditatis sitū nō excederēt. One. Utrū septem? Enā. Non

Q[vn⁹ gradus caliditatis nō expellit duos frigiditatis

indubie cū quattuor ꝛ septem maxima natura caliditatis maius efficiāt: alioquin darem maius maximo. One. Ita tecū sentio. ¶ Sed eēt ne possibile vnū caliditatis gradū: duos frigiditatis pellere: aut contra? Enā. Mihi certe nō videt. One. Quo pacto id? Enā. Cū oēs caliditatis gradus intēsione in ea significatione qua hic vtimur: cōcedam⁹ esse eq̄les: tantum intēsione occupat vnus quātū vnusquisq; reliquorū. Quēadmodū magnitudinū equaliū quantū extēsione occupat vna earū tātū occupat et vnaquęq; reliquarū. One. Optime ais. Enā. Et idcirco iure michi videtur vnūquęq; caliditatis gradū tantū depellere frigiditatis: ꝑtū et quęcūq; reliquorum. One. Iure. Enā. Si igit vnus caliditatis gradus duos frigiditatis depellat: duo depellēt quattuor ꝛ ḡnq; decem. One. Verissimū. Enā. Fiat ita: quinq; caliditatis gradus maximā depellēt frigiditatē. Et quia maxima caliditas decē gradus obtinet: aduenient igit alij quinq; qui extra quinq; p̄cedentes erūt ne se occupent. One. intēsione scilicet. Enā. Sic intelligo. Et cū primi quinq; caliditatis gradus: decē graduū frigiditatis statum obtinēāt: si reparent ergo decē frigiditatis grad⁹ eūdē statū obtinebūt. et cū maxima frigiditate nō modo stabit vnus caliditatis grad⁹: verū quinq; aut habitur maius maximo: ꝛ maxima frigiditate maior. q̄ fūt ipossibilia. One. Plane o Enātiotres sese hz tenes. Enan. Sed gratia tua o Oneropole. One. Vides ergo quo pacto cōtrarie qualitates remisse se eidē subiecto adesse eodem tēpore sinūt: intēse autē minime. Enā. Et id equidē beniuolētia tua p̄cipio. One. ¶ Et sunt ꝯriarū q̄litatū nōnulle quę neutra eidē subiecto ꝛ eidē subiecti parti cū altera: aliquid sui eodē tēpore adesse p̄mittit. q̄ si sint extreme: maxime in suo genere distare dicūtur et maxie et simplicit cōtraria. Enā. maxime ꝛ simplr ꝛtraria (vt puto) q̄litatis. One. Recte. vt maxia caliditas et maxia frigiditas. Alie vero sunt quarū vtraq; cū altera eidem subiecto et eidē subiecti parti se simul tēpore admittit: at nō simul intēsione. Et hec scēm quid cōtraria dicere possum⁹. Nā non simplicit/ maximeq; distāt: neq; simpliciter et maxime sunt ꝛtraria. vt quattuor caliditatis

54

Cōtrariarū q̄litatū diuisio.

55

gradus ꝛ totidē frigiditatis. Enā. Et id rationabiliter quidē. One. Sūt ꝛ alia qualitatis cōtraria: quorū vnū nichil alteri⁹ secum in eodē subiecto et eadem subiecti parte admittere potest: at alterū alterius alicḋ secū valet admittere. vt maxima caliditas ꝛ quadrigradualis frigiditas aliquid secū maxime caliditatis optime patitur: vt duos/ tres/ quattuor/ quinq; aut sex caliditatis gradus. Et hec cōtraria maxime et simpliciter nō sunt neq; maxime distāt. Quadrigradualis enim frigiditas maxima nō est: neq; secundū quid dici merētur contraria. Nam eidem subiecto se simul tempore adesse nō permittunt. Enā. verum ais. Sed quo pacto ergo ea nosabimus? One. vos ipsi nomina indite. Ho. Ea contraria ego neutra aut mixta vocarem. neutra quidem: ꝙ neq; simpliciter et maxime cōtraria sint/ neq; secundū quid. mixta vero: ꝙ vnum talis cōtrarietatis extremū: maximum sit: et ad maximā pertinens contrarietatē: alterū autem non sit maximū: sed ad eam (quā audiuimus) secundum quid pertinēs contrarietatē. One. Apte michi o Homophron nomē indidisse videris. contrariorū igitur qualitatis hec simpliciter ꝛ maxime sunt contraria: hec secundū q̄d: hec vero neutra aut mixta. Enā. Assentimur. ¶ Sed vellem o Oneropole nobis hanc maximam distantiam in alijs cōtrarijs peregeres. In qualitate enim nudam/ detectamq; sat nos habere arbitror. One. O Enanti coges nos in longum deducere sermonem. Et cum de qualitate petieris (qua te dixisti futurum contentum) nos acto impellis minime pollicito cōtentus. Enan. immo o Oneropole michi abs te maxime omnium satisfactum censeo. Et non modo contenti: verum ꝯ contentissimi ego et Homophron abs te abibimus. Sed de contrarietate et intensione sermonem fieri postulauimus suppliceſq; rogauimus. Contrariorū autem natura haudquaq; plene nosci poterit: vbi quod fronti descriptionis adiectum est: ignotum nos latuerit. Adiectū enim est: maxime ab semuicē distare. Sin minus precibus nostris acquiescas: vt Aristo⁹ olim varium multiformēq; veridicum tamen Protea brachijs et vinculis implicuit: compulitq; verū fateri: ita quoq;

56

Quid ꝛria sue

Aristeꝰ et p̄tei fabulā ex quarto georgicorū virgilij require

ego et Homophrō brachijs teiplicabimus: cogemusq; quod ḡimus te nos docere. One. Comis es o Enanti et pulchre me cogis emerita Milonis brachia timēte: vestris petitiōib⁹ acqescere. Vos ergo vterq; rectitis q̄ sit alioꝝ cōtrariorum maxima distātia. Enā. Nos idipsum. One. In quātitate maxima materie extensio (quā maximā raritatē nuncupam⁹) et eiusdē minima extensio (quā maximā nuncupam⁹ densitatē) maxime a seinuicem distāt. Suntq; reuera rarissimū et dēsissimum in quantitate: calidissimū et frigidissimū in qualitate. Et maxima sursū latio natura/et maxima deorsū latio maxime distāt. Suntq; ḡrie simpliciter: latiōes et maxime successiōe distātes: vt calidissimū et frigidissimum maxima intensiōe distant. Estq; maxima sursū latio vt ignis: maxime caliditati assimilis. Et maxima deorsū latio vt terre: assimilis maxime frigiditati. Tantumq; inter se hę due latiōes nature diuersitate discrepāt: quātū inter se maxima caliditas/frigiditasq; maxima. Et mot⁹ qui nō sunt maxime latiōes vt aeris et aque: medio mō nature diuersitate dissidēt vt medij inter se colores. Et ad maximas latiōes et secundū rectū successiōes sese hñt: vt medij colores ad extremos albedinē scz et nigredinē idē tñ in q̄litatib⁹ notū/peruiūq; habēt: in latiōib⁹ autē latenti⁹. Enā. In qualitatib⁹ notū nec iniuria vt mihi videt. nā hę vt caliditas/frigiditas/albedo nigredo sē sibilia sunt ꝓpria. Aliavero cōtraria vt dimēsiōes et motus cōmuniasēsibilia sūt. Ꝓpōa autē sensibilia nobis notiora. One. nō est futilis tua ratio. Sed age superi⁹ dicta paucis recolligēdo perstringam⁹ vnde putes cōtrariarū qualitatū maximā distātiā ꝓuenire? Enan. A cōtrariarū q̄litatū maximā trēsiōe. One. In quātitate? Enā. A maxima dimēsiōis raritate et maxima densitate. One. Et in latiōe? Enā. A maxima lationū successione: que secundū maximā diuersorū locorū distātie rectitudinē sumitur vt arbitror. One. Recte vbiq; o Enanti respōdisti dūmodo extremarū qualitatū maximā intensionem intellexeris. ¶ Sed age o Enanti si duo cōtraria sic suapte natura maxime a seinuicē semp distarent ꝙ neq; per intensionē/extensionē/aut successionē: its vt

Unde ḡrior maxime distātia ꝓueniat.

57

ijs ad maxime distandū nichil ovnq; egēat: nōne hec cōtraria magis tibi cōtraria ēvident q̄litatib⁹ cōtrarijs/dimensiōibus et lationib⁹? Enā. michi quidē. nā sua natura magis distarēt. One. Et due extreme substātiales forme vt ignis et aque sub eodē genere cōtente: eidē materie et subiecto vicissim assunt: a quo se mutuo expellunt. Enā. Hec vera sunt. One. Et semp equaliter a seinuicē distāt et dissentiūt. Enā. Sēper. One. nā ipsis neq; tutēsio neq; extensio cōpetunt. Sed an q̄cq; alteri magis dissonū et cōtrariū esse putas: atq; forma ignis dissona/oppositaq; forme aque? Enan. nihil. One. Cōtrarie ergo tibi vident. Enā. Certe. One. Et sēper maxime distare. Enā. Etiā. One. Magis ergo ꝓprie in substātia cōtrarietatē reperiri arbitraris ꝙ in quantitate/qualitate aut vbi. Enan. Ita arbitror et opto tuā ipsi⁹ sentētiā cognoscere: visa est michi huc tua ratio tendere. One. Tēdebat indubie. Et ego in incōpletis substātijs primā et verissimā omniū sentio eē cōtrarietatē: in accidētib⁹ autē posteriorē. Et que sit illi⁹ vere similitudo: et a quavt a primo suā totā cōtrarietatis virtutē assumat. Enan. Audeo cognoscere tale tuū eē iudiciū et video: michi clarius intelligere rerū principia

58 contraria eē. ¶ Uellē tamē cognoscere an oia substantialia contraria maxime hoc modo cōtraria sint. One. Nō puto Denāti sed sola illa que extrema sūt. Hac de re addidi extreme substātiales forme. Nā medie cōtrarie forme vt forma aeris et aque sic distāt: sicut maxima flauities et maxima rubedo. Et ideo sicut in medijs q̄litatibus ee: maxime medie distāt que maximā hñt intēsionē: vt que nunq; aliq̄d earū alteri⁹ secum admittant: aut darē maius maximo: ita in medijs substātijs contrarijs semp ipse: maxime medie distāt: sicut et extreme semp maxime distāt extreme. Enan. Intelligo has medias substātias semp equaliter et maxime medio modo distare: et magis quidē ꝙ medij colores: quos cōtrarietatis noīe sensemus. vt flauities et rubedo. Nā nō maxime sua natura medio mō distāt: sed maxima intēsiōe et medie substātiales forme sua natura semp hoc mō maxime distāt. One. vt quib⁹ intēsio/extēsio/aut successio

Q; ḡria substantialia vē riorē habeāt ꝙ accidentia ḡrietatem

Q; nō omēs forme substātiales sint eq̄ ḡrie.

Q; i medijs formis substātialib⁹ sit maior distantia ꝙ in medijs coloꝝ.

non competat: sed semper sua natura maxime sint. Mirum ergo videri debet: si due contrarie ꝗlitates/ aut medie/aut extreme: se in eodē subiecto admittāt. Nam sua natura maxime nō sunt. Substantiales autē forme contrarie (seu medie sint siue sint extreme) nunꝙ. Enā. Ideo equidē substantiales formas magis sua natura contrariorum ꝓditiōes retinere: vt que magis distent/ minusq; eidē subiecto natura et secundū se et quodlibet sui admittant: et que strictius ab eodē subiecto se fundi tus eradicent et expellant. Siquidem vnius rei sensibi lis: vnicus est primus/princeps et precipuus actus. Et nonmodo suū cōtrariū secū nō admittit: sed et quācūq; alterā formā: alteri cuicunq; cōtrariā. Ita vt nullū alterum cuicunq; substantiale contrarium: secum vnꝙ admittat. quod accidentalis contraria et certe (me consēciente) minus contraria: sustinent et admittunt. One. Recte sentis o Enanti. Enan. Tu michi Oneropole huius intelligentiā aperuisti. Et plura huiꝰ rei te per contrarer: nisi iā seruus vesper nos ad tecta vocaret: et nisi re plequo lacesserē. Moxvbi parū adhuc de intensiōe nobis detexeris: ego et Homophron valefacimꝰ. ¶Ad hec autē aperiri cupimꝰ id est: an ne sicut in qualitate est intēsio et remissio/ita in quātitate et latiōe sit? One. In analogia scilicet. Quod enī in qualitate intēsio est ⁊ remissio: in quātitate maioratio et minoratio est: et ī latiōe velocitas et tarditas. Et vt intensū et remissū vocabulū est qualitatibꝰ aptū: ita maius et minꝰ aptū quātitatibꝰ: et velox et tardum lationibus. Quo fit vt sicut intensum et remissū speciei discrimē nō arguāt: ita neq; magnū ⁊ parū ne q velox et tardū. Enan. Nōvis ergo intēsionē respōdere raritati et remissionē densitati. One. Nōvolo Nā illa specie discrepant: si memoria cōmendasti q̄ superius diximus: omnē maiorē raritatem omni minori/ compressioriq; raritati esse contrariam. et se habere inter se: vt medij colores medijs coloribus/ aut medij colores extremis. Et intelligo quālibet maiorē aut raritatē aut dēsitatē cuilibet minori: nō q̄dē scōz mol' aut magnitudinē aut paruitatē: sed secundū maiorē aut raritatem aut densitatē. Enan. Ita intelligebam. Nam mo

Uniꝰ rei naturalis vnicā esse formam substātialem

59

les bipedalis ignis: cōtraria nō est moli eiusdē pedali. neq; totū sue parti. cū tamē hic maius et minus secūdū molem locū habeant: nō tamē illic maius et minus raritudine aut dēsitate reperiūtur. Contra vero fit vt duo mole equalia vt pedalis ignis et pedalis aeris: dimēsiones habeant cōtrarias: et vnū vt aer minorē raritudie habeat q̄titatem: alterū vero vt ignis maiorē. One. Haud aliter atq; ego cōcipis. et lationis intensio est velocitas: et eius remissio: tarditas. Quo fit iterū (si intēsum ad lationes transferre velimus) vt motus velocissimus: sit ⁊ intensissimus. Et si esset natura motus tardissimus: ille esset et remississimus. Et motū celi circa equatorem velocissimū: et circa axem tardissimū: nature diuersitate non discrepare neq; ābulationem et cursum. Enan. Jure. Nā sola tarditate et velocitate discrepare videnk. ¶Sed an qualitates omnes cōsimiliter intendantur? One. Multum refert O Enanti. Nam ꝗlitatū he facte pmanēt vt calor/albedo. Quedā vero cū fiunt: transeūt/euanentq;. quā rem vt liquido ꝑspiciamꝰ: dic tensionem age cū rem quāpiā calefacis aliquāto tēpore: vt exēplis suscipientiū causa vna hora: que in minuta partit: nōne in pmo horevtuisso minuto aliquid caloris ī re partū reperis? Enā. Aliqd certe. One. Nōne aliqd in secūdo? Enā. Aliquid. Forte duplum. One. et in tertio? Enā. Forte triplū. One. Ad pmū scz: ⁊ sesqualterꝫ ad secūdū et ita deinceps. Enā. Ita. Nam mihi videtur idē mouens in equalibus tēporibꝰ (modo tollantur impedimēta) equos ꝑducere effectus. One. quo pacto ergo ꝓuenit vt calor qui in fine scōi minuti habeā duplus sit ad calorē pmi? cū idē mouēs in equis tēporibus equos ꝑducat effectus. Enan. Nescio certe Oneropole nisi ꝙ forte calor in pmo minuto ptus maneat cū calore secundi. haud habeo quid aliud dicā. One. Et recte quidē dixisti. Nā (vt adduxisti) mouēte eodem et mobili eodem: tantū caloris in primo minuto ꝑducitur: atq; in secūdo/et quolibet reliquorū. Enan. An si mouētis potentia mutarek aut mobilis ꝗus substantia: illa manerent: an reputas hic idē mouens ⁊ idē mobile manere? One. Minime. Sed solum quādiu eadem agendi virtus et eadem patiendi resistētia fuerint.

Equator/ eq̄ noctialis

60

Et quādiuvnꝰ totalis illaꝝ virtutū ad alterā totā eadē fuerit ꝓportio. Enā. Sat habeo. et sic esse oportere ite-
Q; lumē non est q̄litas p manens sed euanida. ligo. One. ¶ Sed q̄d ais cū lucidū aliq̄s placet: an pu- 61
tas eius lumē fixū ⁊ tuge idē pmanere: quādiu pspicuo lucidū psens astat? Enā. Sic existimau. One. Nōne lucidū aliquāto tēpore: vt vna hora illuminās: aliquid pfert luminis ī primo minuto horę? Enā. Pfert. One Et eadē rōne tantūdē in secūdo? Enā. Tantūdē. One. Et si lumen in primo minuto partū cū tātillo maneat secūdi nonne in fine secūdi minuti duplū lumē erit / duploq; intensius: et se mutuo intendēt: sicut duarū candelarū luminase mutuo intēdūt/ intēsiusq; lumen ꝫstituūt. Enā. Haud habeo quid dicā. No. Imo vero. Enā. Quidnā? No. te ꝑperā respōdisse. Enā. Probe ais o Homophrō: tra plane respōdere debui. Non enī certam⁹ vt Hymnastici Sophiste vane alkcātes: ⁊ nr̄am positionē siue iure siue iniuria obseruātes. Hoc pfecto nostrā grādeuā et atē dedeceret ⁊ nobis pulchrius vinci. imo nos ipi nō vinci mur: sed nostra ignorātia victa: manem⁹ victores. sed fine Oneropolū inceptū prosequi. One. Ego vobiscū sentio. et in tertio minuto lumē euaderet triplū: et in quarto quadruplū. Quapropter si fixū lumē maneret: semp posteriore cū priori manēte: nulla oculi acies nōmōvnꝰ vici: sed ne vnꝰ horule quidē: lumē pferre valeret. Enā. Omnino sic oporteret. One. non igitur lumē et alie q̄litates que facte resides/ stabilesq; nō manēt vt voces/ et specierū diffusiones: q̄ successionis fluorem imitanť. intendunť parte posteriore cū pōri manēte. Enan. Nō sic intendūtur. One. Quomodo tñ calor intēdebať. Enā. Haud dubiū. One. Jd supra cōcessum est. Non ḡ q̄litates oēs cōsimilit intendunť. Enā. Seq̄ť. Nā ee que facte manēt: posteriore cū priori manēte intendūtur. non 62
autē fluide et que dū fiunt: disparent ⁊ vanescūt ¶ Sed quomodo ergo intēdūtur lumē/ vox et cetere tales euanide qualitates? One. Nōne duplus iguis in vno minuto horę duplū calorē in ducit ad suū dimidiū? Enā. Duplo intensiorē. One. Nunq̄d hoc est per partēpriorē et posteriorē? Enā. Nō vt mihi videtur. One. Quid cause ergo? Enan. Nescio nisi forte q̄ dupli ignis ad suum di-

midium dupla sit moles. One. Moles propzie aut amplior aut minor nō ī causa est: sed q̄ ī dupla mole: duplo maior inest calefaciēdi virt⁹. et due pares cādele: duplo magis q̄ altera solum illuminant. Enā. Indubie. Et id Quō q̄litates ipm ignauus respōdere debuisse. One. due pares cāde- euanide intē le seiūcte: pariter accepte: ad vtramlibet seorsum duplā duntur. seruant illuminādi virtutē: nōne ergo flāme ille cōiūcte et in vnā conflate: eandē ad suā medietatē aut alterutrā seorsum seruabūt virtutis ꝓportionē? Enā. Seruabūt. Haud mihi dubiū vllū est. One. Video igitur O Enāti Q; remissio quo pacto he euanide qualitates vt lumia/ vt soni/ vt vo pcedit a vir- ces a maiore ꝓducēte virtute intēdūtur: a minore vero tutis pcedē- lentescunt/ et remittūť. et intēsione a potētia, pcedere: ⁊ ipotentia: si remissionē ab ipotētia, vt in lationibus velocitas et tar cut intēsio a ditas. Enā. Video. One. Et hec ipsis sola intēdendi oc potentia.
63 casio est. illis vero que facte manent hec eadē: et partes posteriores cū pōribus manētes. ¶ Quo fit vt qualitates stabiles et nō ꝓtinus occidue: duas habeāt sue intē sionis occasiones. Enā. Et hoc iterū video Et vt ex He- Q; q̄litates siodo vsurpat Aristoteles: probū eū puto: qui recte vo- permanētes centi assentit. Te autē O Oneropole optimum: qui per duplicit intē teipm plurima noris. et tibi q̄s possum⁹ ego et Homo- duntur. phron gr̄as habemus: neq; tevltra hodie quicq̄ lacesse mus. One. O Enāti er me nulla noui: verū ab omībus libens disco. Q; si ab ipis verū non pcipiā: et diuina largitas mihi dcq̄ largita sit (Enā est. One. Ipsi O Enāti gratie sint) ego omībus libens effundo: modo sophiste non sint: qui philosophie sacramēta ridēt. et modo alicuius magistri fecte ptinaciter addicti nō sint. et opinionibus pertinaci⁹ obuoluti. Enan. Nec iniuria quidem. Nam hi in philosophia extremo morbo laborāt. ego et Homophrō te ꝓprimū tibi et nobis bona facultas aderit: reuisemus: tractabimusq; nōnulla alia: q̄ sūmope abs te pdiscere cupimus. One. Utinā id possim. Cū voletis. hoc pectus totū vestrū est. Enan. Volumus quod intra latet. Et tu in hoc vale noster Oncropole. One. Bene valete O enanti et Homophron amici.

¶ Dialogi difficiliū physicoū introductoriū finis.

IACOBI FABRI Stapulen. ad Hermanū de Hangy cōsiliariū regiū et decanū beluacen. prefatio in cōmentariolos introductorios metaphysices Aristotelis.

ARITHMETICVM op⁹ consultissime Hermane tuo fratri dicatū est gallicanā iustitiā moderāri q⁹ (vt peripatetici probāt) oīs iusticia geometrica rōne dispensando vtitur: aut arithmetica cōmutando. estq; arithmetica tāq; quoddā iustitie speculum ac regula. tibi vero theologicū opus tanq; sacerdoti diuina misteria potissimū curāti dico/offeroq;. Mēorie enim proditū est egyptios sacerdotes et caldeos magos olim diuina misteria tractauisse: et ab ipis ad philosophos vsq; manasse. quorū hi per ideas: hi vero per diuinas rōnes philosophati: diuinaq; philosophiā (quam metaphysicē: theologiā q; nūcupāt) nobis reliquerunt. qui ideas predicāt: platonici sunt. qui diuinas/eternasq; rationes sequūt: aristotelici. quorū theologia christiane sapientie magna cōcordia/affinitateq; cōsentit atq; coniuncta est. Libuit ergo periclitari in libris aristotelicis: et introductorios commētariolos I ser p̄mos metaphysices libros parare: vt ceteris dein occasio metaphysica diuine intelligendi: et de p̄is philosophis mirifice cogitādi. quos suo tēpore fecit de⁹ suos sacerdotes/suos vates: et faces que ad tempora nostra lucent. Et licet dñs qui omnem hominem illuminat nondum in mundo visibilis apparuisset: ipis tamen de suo celo lucebat: qui est lux immensa atq; infinita omnibus seculis lucens. hos ergo commētariolos tibi dico. oroq; supplex ipm summum bonum/summe ens/atq; summe vnū quo deper totum agitur: vt omnibus legentibus illucescat: et ex parua occasione ad magna et digna ipso contemplāda feliciter rapiar accelerer. Vale.

PRIMVS dialogus hec septē et triginta disputat

Quid hec vocabula sex: sapiētia/causa/disputatio/ens/distinctio/cōparatio: introductiōis fronti adiecta nobis pretendant. 1
Sapientie diffinitio ac declaratio 2
Dubitationis nō satis metaphysica contemplatiōe digne dilutio 3
Quidnam questioni quid: respondēdum sit 4
Que prime cause et prima principia 5
Quo pacto interpretak metaphysica 6
Quid sapiens 7
Quo pacto interpretak sapiens 8
Quot sapientis conditiones 9
Obiectio 10
Q̄ malus sapiēs esse nō possit 11
Expertū nō artificē artifice nō experto certiꝰ operari: z nos bifariā artē aliquā acq̄rere cōtingere 12
Uter honorabilior sit artifex nō expertꝰ an expertꝰ non artifex 13
Quis sapiēti similior expertus an sensū habēs/artifex an expertus/architectus an manu operariꝰ/cōtēplatiuus an actiuus 14
Sapientē maxime oīa scire vt contingit 15
Sapientē difficillima cognoscere 16
Sapientē sciētiā possidere certissimā 17
Sapiētē maxime singulorū causas assignare posse 18
Sapiētis scientiā maxime ꝓpter se eē/sciendiq; gratia expetibilem. 19
Sapientē scientiā habere principalissimā et oīm maxime liberam. 20
Nos visum maxime sensuum diligere 21
Oēm holez maxime natura desiderare eē sapiētē 22
Jd nature desideriū nō eē ꝓcupiscibilis/irascibilis/aut rationalꝫ particule: sensū/cognitionēue sequēs 23
Q̄ nō sit concupiscibilis partis aut animose: vt et ād̄ā nature inclinatio est 24
Talē nature appetitū quo scire/intelligere z sapere natura desideramus: ipsius esset intellectus 25

Intellectum possibilem vt potentiam scire/intelligere et sapere natura desiderare: agentem vero magis et vt efficientem 26
Tale pulchrum nature desiderium: non esse affectionem quādam intellectui aut agēti aut possibili naturaliter inherentem 27
Q̄ voluntas/rationalisq; appetitus scientiam intellectum et sapientiā natura desideret: vt scilicet amabilia/voluntateq; affectabilia sunt 28
Intellectus agentis appetitum: reipsa ab intellectꝰ possibilis appetitu esse distinctum 29
Naturalē volūtatis appetitū z intellectꝰ: oīb⁹ conformibus modis subiecto idē esse: sola rōne plura. vt agēs idem est agēti et patiens possibili et totꝰ toti 30
Q̄ nō plures sint intellectꝰ: nō plures rōnales fecūdeq; memorie aut volūtates: etsi in vnoquoq; eorū agēs possibile et ex his totū subsistens reperiatur 31
Appetitū agentē et potētie vnū cōstituere appetitū z totum nostre aīe actū cū tota eius potentia vnū cōstituere appetitū qui vnus est pariter et trinus 32
Quibus potentijs regantur animalia 33
Que animaliū disciplinabilia sunt 34
Que prudentia 35
Hominē omniū mortalium disciplinabilissimū prudentissimum et optimum esse 36
Q̄ sapientia humana possessio esse possit 37

SECVNDVS dialogus hec decē et septem disputat

Quid est causas esse secundū speciem infinitas 1
Quid est eas infinitas esse secundum directum 2
Quinq; nos a veritatis perceptione prepedire 3
Causas secundū speciem infinitas esse non posse 4
Q̄ materie rectitudine nō prodeant infinite 5
Idem de forma 6
Idem de efficiente 7
Obiectio 8
Idem de fine 9
Metaphysicū primas supramundanas causas et maxime omniū primam contemplari 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veritatem quodãmodo facilem ⁊ quodãmodo arduam atq; difficilem esse 11
Entia a maxime vero suam veritatem sortiri. 12
Verũ optimũ opifice q pulchrioza/ pfectioza ⁊ digniora sua opera potius esse inuestigandum 13
Omniũ existentiũ principia maxime vera esse et re atq; subiecto esse vnum: ratione vero multa 14
Omnia entia felicitatis capacia a primo suã felicitatẽ trahere: perinde ac a maxime vero suã veritatẽ. 15
Si difficultas verioza nature entia cognoscendi ex nostri intellectus imbecillitate pendeat 16
Que percipiende veritati obsunt et que eidem percipiẽ de adminicularia sunt. 17

TERTIVS hec quadragin ta disputat

Quid ens 1
Quot subsistendi modi 2
Ad ens entium ⁊ maxime ens omnes entiũ modos reduci: vt omnes salubrium modi ad sanitatem et longe quidem verius 3
Ens ⁊ ea ipsa significatione q̃ ꝓsenti disputationi maxime accõmoda est: homonymũ esse 4
Verũ inferiorũ ordinem superiorũ beatoriq; entium ordinem longe verioꝛem insinuare 5
Mundi intelligibilis intelligibiliũ verioꝛes actus verioꝛesq; potentias esse 6
Primũ actum purissimũ et absolutũ infinitũ agẽdi vigorẽ habere: ⁊ in supramũdanis potẽtiã essentie nomẽ: et actum nomẽ esse sibi vendicare 7
Si preter primũ nullꝰ alter actus oĩno purus sit: ⁊ omnino a potentie consortio seiugatus 8
An ipse supne mẽtes magis sint vne: an potiꝰ sua essentia magis sit vna: an suum esse 9
Actũ suo toto ad subsistendũ pluriũ egere 10
Ipsum esse pfectiꝰ esse essentia: magis ens/ magis vnũ/ bonum et verum 11
Materiam maxime substantiarum minus ens ⁊ minus vnam esse censendam 12
Quecunq; materiam sortita sunt: magis non esse q̃ esse videri 13
Mentiũ secunde serie dependentie. et animã nostrã esse quasi diuinoꝛum splendoꝛum vmbꝛam 14
Si supreme diuine sortis mentes magis entia sint magis vne bone et vere: mox secunde: deinde tertie vsq; ad infimũ entium gradum 15
Quecũq; sunt in regione lucis plus esse q̃ essentie pticipare: et q̃ vnius eiusdẽ similis et status sint opposita: et quibus ea maxime competant 16
Cetera a pmo assincera vnitate/ simplicitate/ idẽtitate/ exemplari ⁊ stabilitate deficere: ⁊ hec elementa in hoc quãtũ fieri potest eq̃litatis cõsonare harmonia 17
Monitio q hoꝛũ elemẽtoꝛum ens vnũ bonũ verũ plenũ potens necessariũ ⁊ ceteroꝛum meraphysice/ diuineq; ꝓplationi frequẽs cõsideratio plurimũ cõducat 18
Tres questiões quas mouet Eutycherus 19
Prime questionis solutio 20
Secunde solutio et primam mentium sub primo quatuoꝛ subsistendi indigentias sustinere; et a primo quodam modo quartam esse 21
Quid in mente sit vnitas equalitas ⁊ cõnexio 22
Summam connexionem eque ab vnitate et equalitate procedere 23
Cur nõnulli philosophãti infinitos mũdos esse statuerint: cur nõnulli vnũ sed infinitũ 24
Tertie q̃stionis discutiẽde oportuniozẽ futuꝛq; locũ 25
Tres primi ⁊ firmissimi principij cõditiones 26
Quot errores circa ipsum contigerunt 27
Huiꝰ discipline entis ãrenꝰ ens ẽ ꝓsiderationẽ esse 28
Hanc disciplinã potiꝰ esse substantie 29
Accidentium considerationem etiam ad hanc disciplinam attinere 30
Item et contemplationem vnius/ multoꝛum/ eiusdem/ alteriꝰ/ simlis/ dissimilis/ eq̃lis inequalis/ status et motus horum negationum atq; priuationum 31
Circa primam mentium primum negationem occurre: circa autem omnino primum neq; affirmationem neq; negationem esse 32
Multoꝛũ simul epilogus: ⁊ supramũdana entia equius

et rite entia dici debere: inferiora autem non entia/multa/mala inania et similib⁹ denoīationibus 33
Quare anime rationales immortalitatis sorte donate plures numero reperiuntur: supramundana autem entia similis eiusdemq; nature huiusmodi multitudinem refugiunt 34
Unam summam et individuam et super omnia entitatē esse et non duas: vnam summam bonitatem et veritatē esse et non duas 35
Hanc disciplinam omnium specierum tum substantiarum tum accidētium: et earum priuationum atq; negationum esse 36
Intellectū per se esse entis et entis specierum: et per accidens nunsq; subsistentium 37
Unum et ens vnam nominare naturam 38
Cōmunes dignitates huius esse discipline 39
Hoc principiū impossibile est idem simul esse et nō esse: primum et firmissimum esse 40

QVARTVS dialogus hec septem disputat

Metaphysicam a ceteris disciplinis differre 1
Disciplinarū solā metaphysicam rerū quidditates siue contēplationi peculiares delegisse. et q̄d metaphysicus quidditatis nomine intelligere debeat 2
Hāc disciplinā a naturali philosophia alterā esse 3
Item quo hec disciplina a mathematica differat 4
Accidentis non esse scientiam: et quid hic accidētis nomine designetur 5
Modi entium 6
Narratio de idea q̄ et dialogos claudit quib⁹ hāc breuē quā explicant introductionem prefigimus. 7

¶ Sequitur introductio in libros metaphysicos Aristotelis que etsi ad sex duntaxat se extendat ad omnes tamen valituram ex commentatione cognoscite. Neq; parui momēti erit ad eam metaphysicorum traductionem quam nobis hoc tempore Bessariō Car. Nicenus parauit.

¶ Jacobi Fabri Stapulen. in sex p̄mos metaphysicos libros Aristotelis introductio.

Sapientia — Ens
Causa — Distinctio
Disputatio — Comparatio

SAPIENTIA est que maxime scibilia primas causas et p̄ma principia et ēplat. Prime cause et prima p̄ncipia: sup̄ma illa entia et honorabilissima i natura. Sapiētia metaphysica. Sapiēs est q̄ hāc possidet sapiētiā. Sapiēs metaphysicus/p̄mus/sup̄mus/diuin⁹ supramūdanusq; philosophus. Sex sapiētis q̄ditiones. Sapiēs maxime scit ola vt cōtingit. difficillima cognoscit. null⁹ ens q̄ cognitu facilia teneat: sapiēs esse putabit. Scientiā habet certissimā. Circa sciētiā oēm causas assignare potest. Sciētiā itē habet maxie ꝓpter se et sciēdi gratia expetibilē. habet et principalissimā et maxime liberam. Sex sapiētis q̄ditiones

¶ Questiones. Quid. q̄t. vter exptus nō artifex: an artifex nō exptus certi⁹ operet. vter honorabilior. q̄s sapiēti similior expt⁹ an sēcū habēs: artifex an expert⁹: architectus an manu oparius. contēplatiuus an actiu⁹. qualis. quē sensū maxime diligim⁹. quib⁹ potētijs alalia reguntur. q̄ disciplinabilia: que prudētia. nōne ab hoc sapientia possideri possit. ¶ Elemēta. Experiētia singulariū est: et actus et opationes circa singula versant: ars autē vniuersaliū. rationē quidē habēs: atq; vniuersale sine experimēto cognoscēs (et singulare ignoret) ꝓsepe cū ratione peccabit. ¶ Qui causas sciunt: quos sciētiores sapientiores q̄ iure reputamus: qui docere queūt: quiue nō sensuum sed intellect⁹ cognitione sequūtur tales profecto honorabiliores censendi sunt. ¶ Maxime scit qui scientiarū vniuersalissimā habet. Hā qui vniuersale cognoscit: et particulare quoquo pacto cognoscit q̄ō econtra minime fit. Vniuersalia que a sensib⁹ sunt remotissima: ad cognoscendū hominib⁹ difficillima sunt. vniuersalia vniuersales cause. Certior scientia est q̄ est causarū que intelligibiliū: atq; q̄ simplicior. Qui maxie causas

et que omniū cause sunt conteplatur: singulorū causas assignare potest. Qui scire ꝓpter se desiderat. (Est enim scire ꝓpter se) maxime scientiā: maxime ꝓpter se desiderabit. Principalissima scientia ⁊ maxime libera ē que cause causarū contēplationi insistit: ⁊ cui⁹ gratia agēda sunt singula. hec enī est vniuscuiusq; oīno bonum aut in vniuersa natura optimū. ¶ Omnes hoies natura scire desiderāt. visus autē maxime sensuū nos cognoscere facit: pluresq; nobis rerū differentias demōstrat. ¶ Que auditū et memoriam habēt: disciplinabilia sunt. que vero sensum et memoriā possident: prudētia quidē sine disciplina sunt. est enī audit⁹ discipline sensus. Disciplinabilia sunt quib⁹ aliqua significare possum⁹ per que directiont ⁊ vsui reddūtur aptiora. prudētia vero q̄ futurorum videnk esse ꝓuida. ¶ Bruta plurimū imaginationibus et memorijs viuūt: hō vero arte viuit et ratione. ¶ Poeticū ficticiūq; est solius dei sapiētiā (q̄ mortalitū generi īuideat) possessionē esse. nā diuinū nume nulli inuidū esse cōuenit: sed vt tritū ꝓuerbiū est: mentiuntur multa poete. Dēū sūt enī philosophi primū admiratione duce philosophari: vt admiratione cōuersionū solis: incōmēsurationis diametri. diuina autē nobis admirabiliora sūt. q̄re vt ꝓuerbio dicik hec admiratio i melius cōsummabik: sapiētiāq; tandē nacti ipsa ꝓfruemur.

c Vluse sunt materia/forma/efficiēs et finis. ⁊ infinite scōm speciem cause dicerenk: si ipsarū infinite essent spēe. infinite autē scōm directū: si in vnaquaq; causarū specie ab vna in aliā et alteri⁹ quidem nature semp sine statu ꝓcederek. vt si hec materia ex illa fieret: que iterū (et ita sine statu) ex alia fieret. ⁊ si hec forma per hāc existeret formā: ⁊ illa per aliā: neq; in vltimū decūbatur vnq̄. ⁊ si hoc fit ab illo: ⁊ illud ab alio nullo tandē extremo reperto. et si hoc huius gratia fiat quod iterū fiat alteri⁹ gratia: nullibiq; decūbat: cause ⁊ materia/et forma/et efficiens/et finis infinite et in īfinitum procedere dicerētur. ¶ Quinq; a veritatis ꝓceptione

Que averīt a nos ꝓpediētia: consuetudo audiendi falsa: eruditioq; tis ꝓceptiōe non recta. recte docenti assentire nolle: nisi qō diciturvt nos ipediūt. mathematicus demonstret. alicui fidē non ꝓstare: nisi

magis scire magʃ ꝓpter se. We. magis. The. maxime itaqʒ scire: maxime erit ꝓpter se. et maxime sciētia maxime ꝓpter se scientia. We. sequitur. The. sapiente autē cōcessimus maxime oīm habere sciētitiā nam maxime scit We. cōcessimꝰ. The. haber igitur sapiēs maxime ꝓpter se scientiā/ sciēdi ꝙ gratia expetibilē. We. haber haud du bie. ¶ The. dentqʒ qualē dicis esse sapientē. We. sciētiā habere pᵓcipalissimā et oīm maxime liberā. The. an ne putas maxime scientiā/ diuinissimā/ certissimā/ maxime oīm causas adducere potentē: et que cause causarū con tēplationi insistit cuiꝰ gratia agenda sunt singula (hec enī est vniuscuiusꝙ oīno bonū: imo vero in vniuersa na tura optimū) pᵓcipalissimā eē. We. Quid ergo ni putē The. Et hanc eandē ⁊ que maxime oīm ꝓpter se sit ma xime liberam. Quēadmodū eū hoīem liberū dixim⁹: qui suimet et non alterius causa sit. We. ita sentio. The. sapiens autē talē habet sciēnam que sꝫ maxime sciēna est/ diuinissima illoꝝ diuinissimoꝝ cognituꝙ difficilli cimoꝝ (vt diximus) entū contēplatrix/ certissima/ ma xime singuloꝝ causas assignare sufficiēs/ cause cause ꝙ/ contēplationi insistēs et maxime oīm ꝓpter se. We. hec omnia verā modo sit aliquis sapiens sed raram auem esse dicis. The nichil ad rem: sit an non sit: mō esse pos sit: sit itaqʒ ex ijs que cōcessimꝰ sapientē scientiā habere principalissimā et maxime liberā. We fit certe. ¶ The. quē sensuū maxime diligimus/ We. visuʒ quod satis co gnitu ꝓmptū esse puto. nam oīs hoīes natura scire ve siderant. visus autē maxīe sensuū plura nos cognoscere facit: pluresqʒ rerū differētias ostendit. nā oīa corpora quodāmodo colore participāt. noscqʒ maxime sensuuʒ: sensibiliū coīum is sensus certos efficit. Et reuera quos tiens ad lucidā illā beatissimoꝝ entiū regionē visū at tollo: oculos ipsos diligo/ agoꝙ gratias optimo nature parenti: ꝙ me luminibꝰ ad illā felicē regionē intuēdam ornauerit. The. hecꝓfecto pietas probanda est: verū etiā tu cū celū ipm intuebare: potius dicere debuisses. O vos brissimi et optimi huiꝰ lucidissime regiōis ci... et incole: qui his mozibundis oculis adiri nō potestis: gratias ago vestro totiusꝙ nature oīmqʒ supra cogita-

Q∫ visū maxime diligimus.

Grata in deū pietas.

tū oēm optimo parenti vobisꝙ ipsis: qui mihi alterum oculū ipartiti estis quo vos cecutiēs adeo: ad quos aspi ro. hunc mihi (tensis brachijs/ manibusꝙ cōplosis vos ozo) illuminate: quo vos feliciter videam// contempler laudem/ et amē. We. verū certe ꝓius ad illū internum oculū cogitare debuissem obꝙ illū esse pīū: aquo etiam ipsa nascitur pietas. Sed dico vt mihi parū ꝓdēti eue nit: minus bonū cognoscēti et meliozis ignaro. Ex quo cōiecto non ab re nos maxime sensuū vsum diligere: co gnoscēdi sꝫ gratia et per se. The. recte aperis. nā ꝓpter essendi necessitatē forte putas tactū magis diligendum pariter ⁊ gustū: et ad plura tū maxīe per accidēs cogno scendū: auditū. We. ita er Aristotelica philosophia sen
22 tio. ¶ The. sed tu assūpsisti oēs hoīes natura scire desi derare: vbi mihi aliquātis per insistendū esse videk an vi sus faciat scire/ nisi forte vissionē sciētiā esse putes. We. neꝙ vissionē/ neꝙ auditionē neꝙ oīno sensum vllū sciētiā esse puto. visus tamen sicut et auditus facere scire conce di potest vt ⁊strumentū machinamētūꝙ quoddā ob nr̄e intelligendi cōditionis infirmitatē requisitū: qui: nihil intelligimus vnq̄ nisi mens nostra sensibilibꝰ sit excita. visus autē inuentioni q̄ accōmodatissimus est: auditus vero vt ab altero suscipiak doctrina. Ad hoc tū illud as sumpserā q̄ vnūqōꝙ ad optimā eius operationeʒ suapte natura inclinak: vt fertilis arbor ad optimuʒ quē effice cere possit fructū et suauis/ redolensꝙ plantula ad suā uissimū redolentissimūꝙ (quem sua afferat natura) flos culum. et si suauioꝝ pulchrioꝝēꝙ efficere posset: nō ipe dita arbitror efficeret. The. efficeret indubie nec iniu ria. Rititur enī vnūquodqʒ ipsī summo pulchro/ ipsiqʒ bono optimo vt q̄tū fieri potest similius euadat. We sci re autē et intelligere optimā existimaui hoīm opationē hoīes igitur natura ⁊ scire et intelligere inclinātur q̄re et ea natura desiderant. Mihil enī aliud mihi cōiecto natura desiderare: q̄ ad aliqua natura inclinari. modo homo illas optimas sue nature operationes nisi sensus adminiculo consequi nō potest: et maxime visus. nihil mirū igitē si illā mihi, ꝓpositiōem (quēadmodū etiā I li bello notatā videra) assumpseri. The. scite locꝙ vidiris.

Nam scire et intelligere secundū sapiētiā que vtrunqz cōplectitur optime sunt hoīs opationes optimaqz eius officia. Et vnūquodqz natura suā pfectionē desiderare videtur: non modo summā sed et eas oēs que inferiores infraqz summā existunt. meliores magis et optimā maxime. Ne. Maxime igitur omīs homo desiderat esse sapiētē. The. natura videlicet et omīs homo ad hoc natscitur vt sapiēs fiat suiqz contēpletur imo oīm factorē. sicut vnaqueqz arbor vt suo tēpore optimū quē natura potest: afferat fructū. sed neqz omnis homo id assequit neqz omīs arbor optimū sue nature semp affert fructū. Ne. gratie o theoretice optimo rerū oīm pentī: qui oēm hoīem ad rā altū/ bonūqz finē creauerit ad ipm scilz cōtemplandū et amandū cū ego ve numero hoīm ei⁹ pierate sim vn⁹: me ad eū dē finē creauit. The. creauit neania et te et me: et gratie sint illi. Stude igr ne similis fias infructifere virgule: que ad optimū fructū instra fefellit orolanū. fructus quē tu et ego totius nature orolano debemus: sapientia est eiusqz secundū sapientiā cognitio.

Hoīs finis

¶ Sed adhuc o neania intactū relictū est cum nos vna ipi cōueniam⁹ te z me ceteroſqz hominū ea que nos perficiant natura desiderare: an tale desiderii talisqz nate appetitus ad cōcupiscibilē/ irascibilē/ an rōnalē ptē attineat⁹ hec enī tria cōcupiscibilis irascibilis z volūtas appetūt qō forte ideagie dignū reputas. Me. dignū eqdē

Quo mō aīa ta et q̄ insta appetunt.

The. qd q̄ aiscum tu nā scire desideres: an id desideres pte concupiscibili/ an irascibili/ an volūtate ipa z rōnali⁹ Me. nō certe mihi videt nā he desiderādi affectiōes apprehēsionem aliquam sequūtur vt apprehenso delecta bili cupimus: apprehenso perui pēdente irascimur z voluntas ipsa consilio deliberationeqz freta: rēvultaut renuit. The. bene sentis de iis accidētariis appetitib⁹ qui in nobis sensū cognitionēue sequūt. sed de his q̄ro q̄ nobis naka assūt q̄pacto etiā res iaīe appetere cōcedūt vt quēadmodū dicebas: q̄ sit q̄ dā i bonū nate inclinatio. natura enī semp ad optimū tēdit: ad bonūqz ei⁹ oīs conat⁹. Et ea q̄ nos ad ipfecta trahūt: pter naturā sūt et q̄ dā nature i sua genitura ipedite iualitudies ipotētieqz: quēadmoū si mor: bid⁹ hō filiū generet ad pfectā corpis inualitudinē pnū: talis pnitas inclinatioqz haud desidē

rium nature est: sz ex nature ipedimēto pficiscit; pter-
24 qz naturā cuenire videt. ¶ Ne. ita videt er si forte concupiscibilis/ irascibilis et volūtas in eo appetit⁹ significationis vsu: natura scire desiderāt et appetūt The. cupiditas cupiendiqz facultas desiderat ea que ipsam pficere nata sunt: ad illaqz inclinat. Ne. sane. The. non etiā appetit ea aquib⁹ nullo pacto pfici possit⁹ Ne. minime. The. nā talis nature conat⁹ irritus/ vacuusqz esset. Ne. prorsus. The. nū scientia/ intellectu/ sapiētia: cupiēdi particula pfici potest⁹ Ne. nō videt. The. neqz itē aiosa irascendiqz virtus. Ne. neqz animosa. The. Nō igit cōcupiscibilis irascibilisqz aut scire aut itelligere natura de
25 sīderāt vt aiebas. Ne. Dubitaui. ¶ The. Age videcam⁹ nūc an ad rōnalē appetitū z volūtarē ipa forte attineāt. Ne. Ira esse opinor. The. hoc cōsiderem⁹ cui⁹ scire/ itelligere z sapere: sciētia/ itellect⁹ et sapiētia pfectiōis sint Ne. itellectus īdubie. The. Sūt ne in volūtate⁹ Ne. Minime vt mihi videt. The. Sūt ergo intellect⁹ pfectiōes. Ne. Sūt. The. Et nō cōcessim⁹ vnūqdqz suā pfectionē natura desiderare: ad eāqz natura iclinari. Ne. Cōcessimus. The. Est igit nature tale desiderii/ pulchrūqz ad
26 bonū conamē ipius itellect⁹. Ne. Oportet. ¶ The. An scientia/ intellect⁹/ et sapiētia in itellectu agēte an possibili pfectiones sint⁹ Ne. Possibili certe. The. Appetit igit natura itellect⁹ possibilis et sciētiā z intellectū z sapientiā. quādoquidē vnūqdqz suā pfectionē natura apperat. Ne. Necesse ē. The. Intellect⁹ aūt agēs qd⁹ Ne. Inscius sum qd dicā. The. Oculus ne suapte natura ad videndū iclinat: et intellectus ad intelligendū. Ne. Sic est. The. Ubi z ipavisso: que ocli pfectio est⁹ Ne. In ocli potētia. The. Verite. appetit ne ergo oculi potētia visionē: q̄ ipam pficit⁹ Ne. Appetit. The. z pficit ab ipavisione vt potentia. Ne. Ut potētia. The. et aīa que actus in ocło est.: appetit ne etiā visionē ipam efficere i sua potentia⁹ an poti⁹ appetit esse vacua/ ociosaqz⁹ Ne. Minime appeteret se esse ociosam: sed appetit visionem efficere. The. Et visionē efficere nūqd non ipsius illic existentis anime pfectio est⁹ Ne. Est. The. Et magr quidē q̄ visionē in se vt potētia recipet: qūquidē aliqd magis

agēdo assimilēk bono optimo sūmo rerū oīm autori: ꝙ patiēdo. magis igitur aīa: oculi visionē appetit ꝙ eius potētia. q: visio ipa magis sit ipius anime pfectio si vera sunt que supra cōcessimus. Me. Oportet. The. An intellectus possibilis scientiā/intellectū/aut sapiētiā efficiat? Me. non sed recipit vt potentia oculi visionē. The. ¶Quid ergo efficit? Me intellectus agēs. The. vt anima in oculi potētia efficit visionē? Itidē. The. Appetit ne intellectus agens i possibili esse vacuus ociosusq? Me. Minime vt mihi videk: ꝙto bono optimo sūme pleno lōge simili: euadit. The. Rationē habes. appetit igitur scientiā ītellectū et sapiam in sua potētia efficere: talesq; sibi pulchras parare pfectiōes. Me. pfecto. The. Talesq; admodū pulchras et bonas opationes facere: est ne sua pfecto? quādoquidē simili: est p idipm sūmo er se semp sūmā gignēdi sapiētiā: et magis quidē ꝙ pati. Me pculdubio. The. cū itaq; scire/itelligere et sapere ītellectus agentis sint pfectiones: et magis (vt mecū cōcor diter sentis) ꝙ ipius passibilis: ītellectus agēs etiā illa appetit: et vel magis ꝙ ipe passibilis. Me. Ita certe est. The. appetit igitk sciam ītellectū et sapiam ītellect⁹ possibilis vt potētia: ⁊ intellectus agēs vt efficiēs ¶Sed qñ 27
tam longe digressi sum⁹: paululū adhuc longius pgrediendū est. Si q̄s te pcontetur cupide k̄aq; adolescens: cū oēs hoies et scire et intelligere et sapere natura cupiant: et tale nature pulchrū desideriū ipius intellect⁹ sit et agentis et potētie: an appetitus talis intellect⁹ potētie: sit ipemet potentie ītellectus? aut affectio quedam illi natura inherens? q̄d rīderes? Me. Me hui⁹ q̄stōis enodāde ineptū/meq; hui⁹ rei insciū esse. The. Age dic quando oculus ad videdū natus sit: anima que ī oculo
¶Q̄ intellect⁹ est natura visionē appetit. Me. Cōcessum. The. an seipa agens seipso an affectione q̄dā q̄ ipsi insit? Me. Seipsa vt mihi videk appetit. The. Et intellectus agens scire ītelligere et sapere apetēs? The. seipo etiā. nā act⁹ sunt: quorū non est pati ⁊ recipe sed agere. The. pbe paterētur enī. nō igitk ad natura appetendū affectio quedā reqrik. Me. nō in actib⁹. The. Et potētie seipsis se hñt ad patiēdū et recipiēdū: vt act⁹ ipi seipsis ad agēdū. Me. apparet. The. Sicut igk

actus ad naturalē agēdi appetitionē: affectionē nō reqrit: sed aīa in oculo ⁊ suus natura videdi appetit⁹ subiecto sunt vnū/solavero rōne duo. ⁊ intellect⁹ agēs ⁊ suus sciēdi intelligēdi ⁊ sapiēdi naturalis appetit⁹ cōsimilik: ita potētia ad naturale patiēdi desideriū haud affectionem reqrit quequidē ille ipse sit appetit⁹. sed potētia ⁊ leq; desideriū subiecto sunt vnū ⁊ sola rōne dissona. Me. bona rōne videk ita esse sentiēdū. Sic enim suapte natura ⁊ nō per alterū: suam pfectionē appetere cognoscek.
28 ¶The. Sed modo an appetit⁹ ille sciēdi: rōnalis appetit⁹ exīstat: nōdū discussum ē. dixisti tñ sciētiā/ītellectū ⁊ sapiētiā nō esse ī volūtate. ex q̄ nō conficik volūtatē illa/ natura nō appetere: cū etiā illa eadē in ītellectu nō sint agēte: quē tñ, pbauim⁹ illa natura appetere. Me. nō plane sentio q̄ se sit vertēdū. The. an volūtas sciētiā amat/ intellectū/et sapiētiā? Me. Amat. The. nōne natura illa amat ⁊ magis forte virtutib⁹ ipsis: q̄ ī ipsa exīstētes ipsam pficiāt? Me. videk. nam magis bonū magis natura amat. The. Et illa natura amare: est ne ipsi⁹ volūtatis perfectio. Me. Est. The. Quādo similio: hoc ipso euadit ipsi sūmo bono: qō ē īfinit⁹ amo:/īfinitaq; amādi ratio. Me. Certe. The. appetit igitk volūtas rōnalisq; appetit⁹ natura sciētiā/intellectū/⁊ sapiētiā/scire/ītelligere/⁊ sapere: imo volūtatē ea natura amare est illa eadē natura appetere. Me. michi certe videtur. The. vt sez amice sūt amabilia/volūtateq; affectibilia. Me. hec ita sese habere
29 michi pulchre videre video:. ¶Sed o theoretice cū hec que dixim⁹ intellectus agēs/intellect⁹ possibilis/⁊ volūtas natura desiderēt: an tria sunt re ipsa distincta desideria: an reuera subiecto essentiaq; sint vnū: cui⁹ esse et rationes diuerse sint vel quō aliter? The. Chare neania ¶Q̄ aīa rōnal an intelligis aīam (q̄ vt separek facta ē sepataq; operek) cōponak ex ꝓpriū actū, ꝓpriāq; potētiā habere? potētiā dico ab hac actu ⁊ potens sensibilis corporea ⁊ defecabili potētia alterā: q̄ dē veretia. in se ꝑstet nō fluxa/nō marcessibilis/distrahibilisq; virturib⁹/sciētia/ipsaq; ventq; sapiētia adamabilis. ⁊ illū actū: illam nō esse potentiā. Me. Ex philosophia didici. The. ītellectū agētē dicisne actū illū eē? Me. Dico. The. Et appetitiuū dicisue suū esse appetitū. Me. pbatū est.

The. et intellectū possibilem dicis etiā esse potētiā illā: que in se vere cōster indefluxa semp' semperq; substātia eadē? Me. dico. The. Et cū appetat dictū ne est esse appetitū. Me. Dictū. The. Et iā cōsensisti aīe nostre actū: proprīā eius nō esse potentiā. Me. Consensi. The. nō est igit ipsius intellect⁹ agentis desideriū ipsi scilicet actui idem: intellect⁹ potentie desideriū quod quidē potētie idē est. Me. Certe. Sunt igit subiecto/essentia/reqp ipsa intellect⁹ agētis et intellectus potētie: duo distincta/diuersaq; desideria. Me. Oportet. The. An putas aīe nostre vnicū vere actum vnicāq; vere esse potētiam? quidem anime actus in ppria potētia rationales intelligēdi/memorādi ⁊ volēdi facit operationes: quas potētia ipsa recipit. et actum illū vna/simulq; cū potentia cōstituere intellectū/memoriam rationalē ⁊ volūtatem vultum scilicet diuini luminis supra nos dei pierate signatum? quēadmodum aīa simul cū oculi potētia cōstituit oculū/et illa eadē cum simili potētia auditū ⁊ odoratū. Me. Audiui. Sed hec eadē a te repetita fuisse michi ꝑ grat issimū est. The. intellect⁹ igit memoria ⁊ voluntas hac rōne: subiecto essentiaq; sūt vnū ⁊ rōne tria: quēadmodū gust⁹ tact⁹ ⁊ appetit⁹ in līgua. Me. Fit ita. The. nō igit appetit⁹ volūtatis et appetit⁹ intellect⁹ subiecto essentiaq; discrepāt sed rōne sola: sed oīb⁹ subiectū essentiaq; ē eadē vt agēs agēti/⁊ potētie possibili/⁊ toti⁹ toti in eodē re ipsa. Me. apparet. The. Et vt de volūtate ꝓlocuti sum⁹: ita de illa rōnali fecūdaq; memoria sentiēdū est. ¶ Me. Sz tu nū ponis plures intellect⁹/volūtates ⁊ rōnales memorias: cū ipsox cuiuslibet ponas agens possibile et totū? The. nō fili. sed cū dico intellectū agētē ꝓinde ē ac si vocē animā in oculo oculū agētē: et cū voco intellectū possibilē ꝓinde ē atq; si vocarē oculi potētiā oculū possibilē. nō tñ dico simplr aīam q̄ in oculo ē esse oculū: neq; potētiā oculi esse oculū sed oculus nomē toti⁹ est: ⁊ act⁹ ⁊ potētie. ita neq; simplr dico intellectū agentē esse intellectū: sed intellectū agētē. neq; intellectū potētie esse intellectū: sed intellectū possibilē. Et ita de memoria agēte ⁊ possibili: volūtate agēte ⁊ possibili. Sed intellect⁹: nomē totius et act⁹ et potētie simul est: ⁊ rōnalis memoria ⁊ vo-

Partiū aīe desideria ē distincta

Q; appetit⁹ volūtatis et intellect⁹ sint

Intellect⁹ volūtates et rationales memorias nō ē plures.

luntas. Me. Sic ergo intellect⁹ agēs et actus intellect⁹ idē sunt: ⁊ intellect⁹ possibilis ⁊ potētia ipsi⁹ intellect⁹ idē. et volūtas agēs et act⁹ volūtatis. The. Prorsus vt gis oīno ī his ⁊ reliqs cōsimilit. Me. ꝓpulchre michi cōfirmare videris: quecūq; de aīa maxime scitu digna putaui. ¶ Sed o theoretice nō sim tibi molest⁹ si de hac re vnū quiddā sciscitet. The. Sciscitare. Me. An sicut ītellect⁹ agēs ⁊ possibilis parit vnū cōstituūt ītellectū: ita appetit⁹ agēs ⁊ appetit⁹ potētie vnū ꝙstituāt appetitū? The. Prorsus. Me. Tot⁹ ergo aīe act⁹ vna cū tota aīe potētia: vnū cōstituūt appetitū. The. vt ais q̄ vn⁹ ē pariter ⁊ trin⁹. Me. Rōne scz: ītellect⁹/memorie ⁊ volūtat⁹. The. Sic est. et iterū eox q̄libet cū vnus sit: parit ē trinus. Me. re tñ puto: actus scz ⁊ potētie ⁊ toti⁹. Sed quē existimas pfectiorē ⁊ magis vnū: an actus/potētie an toti⁹? The. Q̄ existimas pfecti⁹ magisq; vnū: lineā/superficiē/an corp⁹? Me. Corpus pfecto q̄ pulchro ternario pfectū est. Jd ipm vt q̄ lōge videre sim īept⁹ haud percipiebā totū totiusq; appetitū suo pulchro ternario cōsurgere perfectū: itaq; naturā imo vero ipm nature opificē perfectū omne: suo ternario cōplere. Et adhuc ternariū intellect⁹ memorie ⁊ volūtatis pfectiorē esse/q̄nquidē sit magis vnus. The. diuinū ingeniū michi habere videris ipsum excole vtipm in suo (q̄ videris) ꝓpulchro/pfectoq; ternario ⁊ trib⁹ pfectis sine quacūq; ipsox adinuicē cōpositione substētē: cū oīno substantia sint idē: ad illud pfectissime vnū ⁊ trinū sese erigat ⁊ digno ⁊ ēplationis officio: vbere memoria: pio/pfectoq; amore ꝓseqūtur. superāt ne tibi alia q̄ qras? Me. nulla. The. vis ergo ea q̄ dixim⁹ paucis recolligam⁹ vt firmiori memorie mādes? Me. maxime. The. Quasi a proposito per ociū ludētes longius euagati diximus.

Totū ē simplici⁹ q̄libet parte

Pulchra admonitio.

Breuis eox q̄ dicta sunt epilogus

Omnē hoīem maxime natura desiderare esse sapientē.

Jd nature desideriū non esse cōcupiscibilis/irascibilis/aut rōnalis particule: sensum/cognitionēue sequēs.

Q; nō sit cōcupiscibilis partis aut animose: vt et quedā nature inclinatio est.

Q; talis nature appetit⁹ quo scire/intelligere et sapere natura desideramus: ipsius sit intellectus.

Intellectū possibilē vt potētiā scire/intelligere ⁊ sapere natura desiderare: agētem vero magis ⁊ vt efficientē.

Tale pulchrū nature desiderū nō esse affectionē quādā intellectui aut agēti aut possibili natura inherētem.

Q; volūtas/ rationalisq; appetitus: scientiā intellectū: et sapientiā natura desideret: vt scilicet amabilia/ voluntate ⁊ affectabilia sunt: et rationalis memoria eadem vt memorabilia sunt appetat.

Intellectus agentis appetitū re ipsa ab intellectus possibilis appetitu esse distinctum.

Naturalē volūtatis appetitū intellect⁹ roibus cōformibus modis subiecto idem eē sola rōne plura: vt agēs idē est agenti et patiēs possibili et totus toti.

Q; nō plures sint intellect⁹: nō plures rōnales fecūdeq; memorie aut volūtates. etsi invnoq; eoꝝ agens possibile ⁊ ex his totū subsistens reperiatur.

Q; appetitus agens ⁊ potētie vnū constituāt appetitū.

Item totū nostre anime actū cū tota eius potentia: vnū cōstituere appetitū q vnus est pariē et trin⁹. Me. subiecto scilicet vnus et ratione trinus. The scilicet.

Deniq; quelibet illorū triū vnū esse et re ipsa esse trinū.

Hec omnia breuiter perstrinximus. Curemus modo vt reliq; absoluam⁹. Me. curemus. ¶ Te. quib⁹ potētijs regūtur aialia? Me. Bruta plurimū imaginationib⁹ ⁊ memoria viuūt: hō vero prudentia ⁊ arte. The. imo vero omnia bruta his trib⁹ sensu/ sensuali memoria/ ⁊ appetitu viuunt i suaq; dirigūtur vita: ⁊ hō intellectu/ rōnali memoria/ et volūtate. Nā vnūquodq; natura viuit vt q̄ optimas sua affert natura operationes efficiat. Sic eni illi maxime bono ad qō omnia respiciūt et ad quod oia tendūt: simili⁹ euadit. Optime autē opationes ab optimis proficiscunt potētijs: viuit igitur vnūquodq; scōm optimas eius potētias. atq; meliores potētias sensu/ sensuali memoria/ sensualiq; appetitu bruta nullas habēt. et hō diuiniore sorte potit⁹ intellectu/ rōnali/ secundaq; memoria ⁊ volūtate. Me. verū. The. viuūt igitē bruta sensu/ sensibiliq; memoria ⁊ appetitu. Et hō diuiniorem sue nature sortē sequēs: intellectu/ rōnali memoria/ et volūtate. Me. nempe. sic enim vtraq; in suo ternario pulcherrime illam summā q̄ optime possunt imitātur vitā. The. Ita est amice. solus homo est qui sue diuiniorīs nature cōditione neglecta: spōte deuiat: quiq; mauult bruto vilius quā aialia aliquo similiore: sensum/ sensualeq; memoriā et appetitum sue cōditiōis sequēs p turbationes: q̄ in diuina vult⁹ diuini sorte suo perfectissimo assimilari principio. vt hinc intelligas bonum pendere et malū/ premiū atq; penā. Sed vide ne te feceris bruto inferiorē quod nūq̄ spōte deuiat a sui principij quātūcunq; potest assimilatione. itidē et cetera res sensus rationisq; immunes. Me. ipsum ozo omniū principiū vt me semp ex me quidē fragilem ⁊ infirmū erigat ad ipsum. ⁊ ad ei sapiētie/ fecūditate ⁊ amore (q̄tumcūq; ipse me capacē fecerit) assimilandū. The. Plum tuū desiderium. Sed ꝓcedam⁹. ¶ Que aialia disciplinabilia sūt?

34 Me. Que auditū ⁊ memoriā habent. nam talib⁹ aliqua significare possum⁹: per que visui directioniq; reddantur aptiora. The. Et maxime omniū homo: cui nō modo terrena/ caduca ad horā q; labēta significātur: sed celestia ⁊ eterna. Me. ita est. ¶ The. Que prudentia? Me. Q; hō aialiū disciplinabilissimū est

35 sensum ⁊ memoriā habētia. nam hec futurorū videtur esse prouida. The. Que etiam parū memorie participāt vt apes sibi hexangulas domos fabricātes: phalangi⁹ in cibi venatione subtiliter telam texens: ⁊ formice que sibi cibum in estate aggerant: ne hyemis asperitate aduentante domenā/ deficiantq;. ad quarū prudentiā contemplandā sapiens imprudentē ⁊ pigrū mittit. Me. Ita est. The. Et li auditū non participēt sed quelibet sensū alterū. quid tum? Me. Prudentia quidem erunt sed nō disciplinabilia: nam sensu discipline carent. The. cognoscunt ne talia rationis expertia futurū: cuius tamē gratia agere videtur? Me. minime. nam ipsorum virtus cognoscendi suprema: imaginatio estq; solum presens ⁊ cognoscat futurū Q; bruta nō preteritū attingit. The. Probe admodū. nō igitur preturum dentia sunt quia preterita futuris cōnectant ac comparent. Me. ita dicēdum. nam ipsa vtrūq; extremum ⁊ preteritum ⁊ futurū cognoscere oporteret. Jam autē ea cōcessimus non cognoscere futurū. The. Memoria igitur in ipsis parū facit ad prudentiam. Me. scilicet. The. immo etiā et sensus et memorie expertia vestigiū prudētie

Solū hoīem

in se gerere videtur. vt arbores cū folia in cooperimētū
fructꝰ ⁊ pulpam ⁊ durioꝛē testam in seminis defensionē
proferunt. ¶Sed quero si quodnā animaliū presentia 36
preterita et futura discernat: adinuicē cōferat: et ex pre-
sentibꝰ ⁊ preteritis: futuroꝝ facile sibi cōiectura sumat:
ipsum ne prudētius ceteris tibi esse videreꝝ. Me. videre-
tur. Et suspicoꝛ te velle hominē dicere. The. Sine. Nō
ne tibi videtur illud (quodcunq; fuerit) ꝓpriam habere
posse prudentiam: modo ratione haberet ad cōsultādū
de ꝓuidentia futuroꝝ que prudentia ipsa respicit. Me.
immo etiā eiꝰ sola prudētia ꝓpria esset: vt que esset acti-
ua recta cū ratione circa eius totiꝰ vite bona: que non si-
ne futuroꝝ cōsilio est. Et aliorū inferioꝝ prudētie om
nes impropꝛie sunt et que lōgo interstitio et tenui qua-
dam similitudine illius imitatur imaginē. The. nonne
tibi mirū videtur si hanc similitudinariā habentia pru
dentiā: in suo ipso tenui admodū prudētie vestigio sem-
per imitanꝝ summā prudētiam nec vnq; nec vsq; veniāt.
hoc vero in ꝓpria et (vt ita dixerim) aliorū comparatio
ne vera: minus ipsam imitatur? Me. id monstrū est: pre-
terq; naturam cōtingere videtur. The. ita tamē amice
est. O nostram miserādā sortē. haud male suspicabaris
me hominē intelligere voluisse. Cōstat enim ipsum om-
nium mortaliū disciplinabilissimū/prudētissimū ⁊ opti
mū: qui solus omniū suam naturam nō seqtur sueq; na-
ture benignitatē negligens ea abutitur. cuius mali cau
sam esse reoꝛ q seipsum nō cognoscit. magna ꝓfecto sa-
pientia est (vt vel id oraculo cōcedamꝰ) seipsum cogno-
scere. Tu te ipsum o fili neania cognoscere stude ⁊ te ani
maliū natura mansuetissimū et prudētissimū esse memē
to. Talis enim natura quilibet hō est. ⁊ tue nature beni
gnitatē semper sequere: admoneq; ceteros eq̄les tuos
vt seipsos cognoscāt: et quales sunt natura videant: ad
sapientiāq; pariter (vt tu) aspirēt. ¶Sed videamꝰ an 37
ipsum summe sapiēs quod oīa largit abūde: nobis etiā
ipsam sapientiā cōcesserit possidendā. Me. Supra ꝛcessi-
mus in eiꝰ oparione hoīs finē cōsistere. The. dictū qui-
dē est ⁊ verū. Quod nō oībus tū ita esse visū est. tū quia
maxime sapiētia libera ē: hoīs autē natura multis mo-

dis: ipsis serua visa est. Me. si hoīs naturā respiciamus
(ita ex ijs que me modo docuisti cōiecto) omniū morta-
lium vel maxime liber est et suimet causa ita vt totiꝰ na-
ture opifex opus suū inter mortalia i hoīe perfectissimū
cōsummasse videaꝝ. Si autē ex accidēti seruus fiat: pax
firmū est argumētū. Nā ⁊ talē natura existimamꝰ sapiē
tiā ⁊ nō ex accidēti. The. Aiunt ꝓterea deū solū hūc sibi
vēdicasse honoꝛē. Et re vera deꝰ sūme sapiēs ē. sed de il
la sūme sapiētia qua deꝰ solus vt ē seipsū cognoscit: ser-
monē non agiramꝰ: sed de illiꝰ sūme ⁊ verissime sapiētie
remotissima similitudine: q̄ ipsum quātū nobis ꝛcessit esse
felices/mēte adimus. Me. De similitudine scz agimꝰ cuius
deū solū nō possint dicere possessoꝛē: q̄ eā ipsā oīs sapien
tie possidet veritatē vt mō dicebas. The. mitto q nōnul
li dicāt deū inuidere tantū bonū a mortalibꝰ possideri:
quādoquidē omniū rerū optimo parēti ipsiq; sūme be-
niuolētie inuidiā ascribere maximū sit nefas. Estq; id
poete dictū. euenitq; hoc i loco vt vetus ꝓuerbiū docet
q multa mentiant poetē. dicebāt ꝓterea sapiētiā q ma-
xime diuina/ maximeq; honorāda sit: soli maxime diui
no ⁊ honorādo (q̄lis solus deꝰ est) cōuenire: ipsūq; sum-
me diuinū et honorādū deū esse: ⁊ ipsam sūme diuinā et
honorādā sapientiā esse deā. q̄ de ipsa sūme sapiētia imo
oīs sapiētie veritate ⁊ eterno exēplari verissime dicunt
nō autē de ea hac similitudinaria q̄ nos in ipsū vere ꝛtē-
plationē rapit et aduocat. quā solū ceterarū sciētiarū a
nobis in hac caducavita possideri possibilis: ꝓhauimꝰ
diuinissimā/maximeq; venerādā. sed tu dicito nōne ho-
mines auspicati sūt philosopharī q̄ apparuēt aliqua
que ipsoꝝ animos in admirationē traxerūt. vt solis ad
nos cōuersioꝛ diuersioꝛ: nūc solis ⁊ lune terrifici defectꝰ/
ostēta i aere visa. Me. ita inceperūt vt opinoꝛ. The. ⁊ ad-
miratio nūq̄d sine ignorātia ē? Me nō. The. ⁊ naturali
cupiūt illo ignorātie vinculo solui. Me. scz. The. q̄s vnū
quodq; natura suū bonum appetat: illo autē soluī bonū
sit. ⁊ nō minꝰ dīna admirari ceperūt vt an hec sensibilis
machina temeritate q̄dā facta sit: sempiternoq; ea ipsa
periat morꝰ: an intelligētia/ sapiētiaq; aliq̄ gubernet. ⁊
an huiꝰ pulchri rerū ordinis vnus autoꝛ/ vnꝰ guberna-

tor an plures. arbitrarisne ipos hec et silla cognoscere fuisse accesos. Me. lōge magis q̄ sēsibilia ipa: imo vero maxime vt michi videk. nā ego (quē ipsor cōparatiōe cecutientē talpā reputo) hoz sēpiknoz desiderio magisq̄ dici q̄at accēdor. The. sic accendunk amice q̄ mentē puriorē habēt minusq̄ corpore/ corporeisq̄ pturbatiōib⁹ occupatā. hec aūr sine sapiētia cognosci nō possūt. Me. haud aliter. The. putas appetitū illū et naturale illud desideriū irritū vacuūq̄ esse posse. Me. minime. The. nā summa illa plenitudo oīb⁹ in reb⁹ ociositatē vitat. vt in reb⁹ sensūbilib⁹ corporū/ magnitudinūq̄ vacuū. possessores igit sapiētie esse possum⁹. et hic nobis ad nostrum principiū/ aduniuersorū oīno bonū relictus est aditus. Me. hec pculdubio admiratio: admiratiōeq̄ suscitat⁹ appetit⁹ i meli⁹ decūbit. gratie sint illi⁹ largitori. The. gratie. nosq̄ naturā (quā nobis vsq̄adeo bonā munificus cōcessit) oī ex parte perficere iuuet. Me. iuuet. The. sed sunt ne alia q̄ nūc tibi occurrāt expediēda. Me. nulla. The. q̄ supersunt reliquorū sunt librorq̄ t quemadmodū ociū requirūt. tibi autē nunc forte paruū est: et mihi itidē. sol (nō lōga mora futura est) a nobis suū subtrahet aspectū. Me. verū ais o Theoretice. sed aliq̄n alias cum se tpis oportunitas vltro dabit: nō te michi difficilē prestabis: q̄ min⁹ ea q̄ superant michi nō manifestes. The. me semp mō sit tēporis occasi⁹ nō mō facilē sed q̄ facillimū habebis. Vale. Me. et tu O optime theoretice nūc vale: in futurū q̄rursus tu semper optime valeto.

¶ Primi dialogi finis

¶ Secundus dialogus metaphysice introductionis.

Theoreticus. Neanias.

SERVS aduenis o Neania. Me. serus O Theoretice. nā pater me⁹ hac ex vrbe mō rus cōcessit: qui me etiā plusq̄ velim remoratus detinuit. attn̄ si q̄d ocij tibi suppetat (codicē attuli) a questionib⁹ orare t quavelocitate voles transige. The. ita optime fili et decet et oportet. nā nos tpis angustia pmit. ne ergo multa prelocutiōe tem

1 pus vane absumam⁹. ¶ Dic age q̄d est causas eē sēm Quid cause speciem infinitas. Me. si petas q̄d rei: mihi est. at si q̄d sēm spēm in nos: infinite sēm speciē dicerem̄k si ipsarū infinite essent species. The. q̄ pacto. Me. vt si eēt materia/ forma/ efficiens/ finis/ exēplar spēs a pdictis altera: a b cd e f semp noue a priorib⁹ et sine statu cause spēs. The. pbe

2 ¶ Quid est eas ipsas infinitas esse sēm directū. Me. Quid cause q̄d rei nichil est: nā neq̄ sūt neq̄ eē possūt. at quid nos sez directū respōdeo infinitas eē sēm directū: si in vnaq̄q̄ causarū infinite spē abvna in aliā alteri⁹ nature: sēp sine statu, pcederek The. q̄ pacto itelligis in vnaq̄q̄ causarū spē. Me. in q̄libet q̄tuor causarū genere vt i materia/ i forma/ i efficiēte/ atq̄ fine. The. id ergo in makia pāde. Me. materie secundū directū infinite dicerēk: si vna fieret ex alia: q̄ iterū fieret ex alia. neq̄ vnq̄ vllū assequerem⁹ ēminū vt si hoc vt fra fiat ex aere vt makia/ et aer ex igne/ t ignis ex a vt ex makia varie/ diuerseq̄ nature: t a ex b/ t b ex c et ita sine statu: makie ille sēm directū abirēt infinite. The. pāde i forma. Me. forme sēm directū in infinitū pdirēt: si aliq̄ forma p aliā et alteri⁹ nature formā subsisteret: q̄ iterū esset p aliā: neq̄ vnq̄ inultimā decūberek. The. id in efficiēte. Me. cause efficiētes sēm directū infinite dicerenk si effect⁹ fieret/ enascerek̄q̄ ab aliquo: q̄ iterū ab alio: nullo tandē ēmino reperto. The. in fine. Me. in fine cōformiter. vt si hoc gratia hui⁹ fiat: q̄ iterq̄ alteri⁹ gratia fiat nusq̄q̄ decūbat: series finū sēm directū, pbarek infinita. esset enī fines sēm directū infiniti: si effect⁹ alicui⁹ gratia fieret q̄ iterū alterius gra fieret neq̄ vnq̄ vbi stem⁹ terminū finēq̄ habeam⁹ q̄ alteri⁹ nō sit gratia. The. facis O neanta vt ingenui iuuenes facere solēt: q̄ nūq̄ nisi pmeditati pceptorē adeūt. hinc fit vt ad singula q̄q̄ quesita egregie: sciteq̄ respōdeāt: i graues tandē t sciētificos viros euasuri. ita ne est. Me. ita. pmeditat⁹ aliq̄tulū me tibi obtuli. The. tāto expeditius singula trāsigem⁹.

3 ¶ Dic ergo q̄t nos averitat⁹ pceptiōe disturbāt et ppediūt. Me. quinq̄. Consuetudo audiēdi falsa. eruditioq̄ nō recta. recte docēti assentire nolle: nisi q̄ dixerit vt mathematic⁹ mōstret. Nulli fidē pstare nisi sēsibile sit/ sēsibiliue q̄stet argumēto. nīla reci

Que averitatis pceptiōe impediant

pere nisi alicui⁹ vrgẽte auctoritate. nõ posse nisi qua de
Q cause nõ gustare. ¶ The. age nũc an cause scõm speciẽ infinite 4
sint scõm spe esse possint. Me. nõ possunt: nã oẽs causas quatuor cau-
ciẽ infinite. rũ spciebus materia/forma/efficiẽte ⁊ fine cõplectimur.
non itaq3 hoc pacto sunt infinite. The. satis specie diui
dua respondisti/ de individua aũt nõ satis. Me. nõdũ te
Aliqd ex al- neo qd respõdẽdũ sit. ¶ The. ꝓficiscamur igit et cedo 5
tero duplicik an makie rectitudie ꝓdeãt infinite. Me. mime. nã bifariã
fieri dicim⁹ ex aliquo aliqd fieri. Primo sicut ex ipfecto fit
pfectũ quemadmodũ ex puero dicimus fieri virũ: et ex
isthmijs olĩ ludis neptuno dedicatis fiebant olympia.
et ex et post: hoc in loco eandẽ signficãtiã retinere vidẽ
tur. scõo ex aliq̃ fit aliqd per gnationẽ. at neutro dicto
rũ modozũ ꝓceditur rectitudie in infinitũ. in ꝑmo quidẽ
cũ ex ipfecto fit pfectũ vt cũ ex puero fit vir. nã idẽ est ex
quo fit et qõ postea pfectũ est. nõ itaq3 hoc mõ ꝓcedik
in infinitũ. nã semp ad aliud/ alteri⁹/ diuerseq3 nature ꝓ-
cedere oporteret. etsi qõ fit et ex quo fit eadẽ nõ sint: ex-
trema dekmiata hñt ipfectũ ⁊ pfectũ. at dekmiatis extre
mis media quib⁹ ab vno i aliud ꝓcedik infinita esse ipos
sibile est: qppe que nũq̃ trãsiri posset. cũ igr fiat hoc ex
hoc ꝑmo: seriei ꝓcessus nõ abit infinitus. ¶ The. recte ais
Me. neq3 qdẽ cũ hoc fiat ex hoc gnatiõe et scõo. ꝑmo qz
illic extrema esse ⁊ nõ esse dekmiata sunt. Ubi aũt extre-
ma dekmiata sunt: media i infinitũ ꝓdire nequnt. scõo
qz cũ hoc ex hoc gnatione ꝓdeat: ad cõsiꝛa tandẽ fit re
flexio. atq3 si hoc pacto makie ꝓcederẽt infinite: semp ad
alterius nature makiã sine resilitiõe aliqua ꝓficiscerẽt
et irẽt. nõ itaq3 makie scõm directũ ꝓcedũt infinite. ktio
qz cũ hoc ex hoc gnatione surgit: materia eadẽ numero
est. et qõ in vnius gnatiõe sumik: ab altero i corruptiõe
dimittik. The. naturali⁹ institutio hui⁹ rei fidẽ fecit. Me.
et makia ꝑgenita est atq3 ĩcorruptibilis: et ꝑmũ rerũ sen
sibiliũ sẽpiternũ. nõ igr possũt makie in infinitũ scõm dire
Q forme in ctum ꝓcedere ¶ The. hoc pacto de forma an rectitudie 6
infinitũ recti in infinitũ ꝓdire q̃at expedi. Me. hec mihi hacten⁹ facilia
tudine nõ ꝓ- visa sũt: sed timeo seqntia me matore difficultate ꝑmere
deant sentio th respõdẽdũ esse: formas scõm directũ haudq̃q̃
infinitas euadere posse. ꝓmo qz si hoc pacto infinite euade

rent forme/ diffinitione cõplecti non possent: hoc aũt ir-
rationabile est. nõ igit hoc pacto euadũt infinite. attamẽ
haud plane ituor quo pacto forma ꝓpterea diffinitiõe
ꝓplecti neq̃at. The. nec hoc qdẽ facile. sed an puras aliã
deberi forme applicari diffinitionẽ ꝓpter eam qua signi
ficamus formã dare esse rei/ remq3 cõseruare in esse. Me.
nullã aliã. The. albedo q̃ qdã forma est quale dat esse-
Me. albũ: ⁊ ipa ꝓmo: albũ ꝓseruat. The. nũqd dat aliud
esse/ Me. nullũ. The. et dulcedo dat esse. Me. accidẽtale
scz: eẽ dulce. The. ⁊ nullũ aliõ- Me. nullũ qõ noti. The.
si albedo esset ꝑ dulcedinẽ et ꝑ nullũ aliud quid ais tũ:
nũquid posset albedo dare eẽ qõnõ haberet- Me. nõ mi
chi videt. The. et habz solũ eẽ dulce. nã est ꝑ dulcedinẽ
Me. est. The. nõ dabit igit esse nisi dulce. Me. mihi qdẽ
ita esse videt. The. age nũc forma substãtialis q̃ de nũc
agim⁹ dat esse et verius quidem: veriusq3 cõseruat. Me.
verũ id est. The. sed id ⁊ q̃ hacten⁹ dicta sũt itelligo vbi
forme finite sũt. nũc aũt ponam⁹ eaꝝ seriẽ in infinitũ exce
dere. vt sit a ꝑ b/ ⁊ b ꝑ c/ ⁊ c ꝑ d et ita sine termio. Me. ad
mitto. The. a nõ habet esse nisi ꝑ b: sicut albũ nõ habet
esse ꝑ albedinẽ. atqui b nõ hz eẽ nisi ꝑ c. nõ igr b dabit
ipi a aut alicui alioꝝ eẽ b. nã nihil dat alicui esse qõ non
habz neq3 dabit eẽ c. nã c nõ habz esse nisi ꝑ d. d eni ipi
dare eẽ admittẽdo ꝓcessũ formarũ infinitũ cõcessũ est. et
nihil dat ipm eẽ qõ nõ est. cũ igr c nõ potest alicui dare
eẽ c: tãto min⁹ b dare eẽ c potest: ei ita de d ⁊ qlibet alio
rũ argumẽtaboz. Me. ita oino. sed qd tũ iuenim⁹. The.
nullã dare eẽ. q̃ si nõ dãt esse neq3 rem saluãt/ cõseruãtq3
i esse. Me. dubie. The. si igit formei infinite enadẽt/ diffi
nitiõe haud ꝓplectent: qñdoqdẽ illa q̃ maxie oim ipsis
cõuenire videt: ipis nullo pacto aptari/ applicariq3 q̃at
Me. mihi sic esse oportere iam rõne satisfactũ esse videt
The. rodẽ pacto itellige rões quib⁹ diffinitioꝝ ꝓplek⁊
infinitas euadere nõ posse. ẽ eni rõ/ fokã q̃dã. Me. ꝓpedo
hoc mõ itelligentẽ infinita trãsire nõ posse. The. ꝓge igit
reliqs rões absoluere. Me. vt visi scõo forme infinita/ i-
terminataq3 serie nõ ꝓdeunt. Nam in illis formis semp
magis eẽ deberet q̃ poz esset. et q̃ ante: ea que deiceps.
et ꝑioz posterioꝝ vare esse. at vbi nõ est ꝑmũ: neq3 hoc

pacto ꝓius et posterius est. The. et in rōnibus. Ne. cō similiter. Nam ꝓior ea que subsequit magis est. vt que sit rontū saltor ex qua pēdere debeat posteriozis cognitio Atqui si infinite essent cū primū et vltimū non darēt: neq; medīū itidē neq; ꝓtes ⁊ posteriores atq; deceps. tertio quia si in infinitū ꝓdirent: rerū scientia tolleret. nā res: pas cōtēplādo: forme p quas cōstarent sciri nō possent. Nam infinite essent. infinita autē transigere intelligentē impossibile est. quare neq; res ipe cōposite scient The. ꝓbe/ nā rotū suis ignotis partib⁹ cognosci nō potest: sed tūc ipm cognoscim⁹ quādo ex quot et qlib⁹ cōpositū sit cognoscim⁹. Et si rōnes ipas respicimus? Ne. itidē rollitur sciētia: nā scire ipossibile est nunq; ad ꝓximas duas species venire potētē. atsi hmusmodi rōnes forme in infinitū ꝓdirēt nūq; ad indiuiduas species decūberet. nā in infinito vltimū: locū non haber. si aūt vlle darent: Q; cause efficientes recti tudine non sūt infinite

essent vltime. Tollerēt igit itidē scientia. ¶ Et efficiētes causas infinitū scōm directū ꝓgressū non sustinere pene cōmunibus cōstare potest rōnibus. Item ⁊ hec: si sunt cause efficiētes medie: et postremas esse necesse est. Et efficientiū causarū sunt medie vt q̄ sint ab alijs et a q̄ bus alie sint: sunt igitur extreme. non enī aliqua mediarum extrema esse potest. The. quid hoc? Ne. nā esset ab alia supioriq; efficiente: que ideo potius/ valentioreq; iure extrema et supꝛema dici mererer. Q; si detur ꝓma in ipis non euadit in infinitū. itidē si detur vltima. The indubie nā si essent infinite: oīa medie essent si medias

Obiectiōis dilutio.

vocare liceret (vt tu) que ab aliis efficientib⁹ sunt ⁊ a q̄ bus alie efficiētes ortū sumūt. ¶ Sed quomodo ☉nes nia si temporū sempiternus ordo infinitaq; ꝓcesserit series vt plane sensisset Aristoteles: efficiētes cause scōm rectitudinē nō exeāt infinite? nā tu ab homophrone genitus es. Ne. sum. The. homophron aūt a tuo auo/ au⁹ ab abauo/ q̄ iterū ab atauo/ et atauus a tritauo: et ita sine statu vllo ꝓcedit: vt nunq; sit dabile efficiens primū aquo tu ipe ꝓcesseris. Ne. verū ais. ☉ theoretice. attū ꝓpter hoc efficientes cause nō ꝓdeant rectitudie infinite. nam non ꝓcedis ad eas efficientes que euarātis/ dissimilisq; sint nature cū ame ad patrē/ a patre/ ad auū/ ab

auū/ atauū et tritauū ꝓcedis. Si tamē infinite scōm directū ꝓdire deberent: semp ab vna ad alterius nature alterā (vt diffiniuim⁹) ꝓgressio euaderet. Ob id etiā q̄ de infinitis efficiētibus actu: mihi supior sermo haberi visus est. The. ⁊ recte q̄dē. Ne. nūc aūt nō de infinitis efficiētib⁹ actu sz potētia obiectio ꝓcedit. nō enī sunt aut fuerint infiniti hoīes actu: a quib⁹ ego ꝓcesserī sed potestate et appositione sola: quēadmodū posterioza tēpoza priozibus sed non manēribus quidē addūtur. The. nō obtuse dictū ☉ neania. et reuera infinita hoc modo esse efficientia: est infinitas esse linee ptes et infinitas ptiales et in potētia makias sub dimēsione secabiles. at ꝓpēa makie scōm directū non ꝓdeant infinite. Ne. ita plane oneropolus cuius ego discipulus et auditor fū dicerer. The. adde fili hypothesim mūdū ppetua serie (vt nevn q̄ q̄dē inceperit) ꝓdurasse: falsam esse: quare et id quoq; falsum infinitos ꝓcessisse ex quibus tu pendeas homi

9 nes. ¶ Hūc autem expedi. fines ne infiniti scōm directū fines rectitudinis excedāt an aliter? Ne. minime ꝓfecto excedūt: nā causerudine nō esset. The. difficillimū fili. nam quopacto illius gra esset: que ab ipsa infinito interuallo/ infinitisq; medijs distaret: vt quā per ea ꝓcedēdo nunq; assequi valeat. Et si non est illius gra (quā tn solā putare oportet optimā) certe nullius alterius gratia esse videbit. in ijs enī que rectitudinis seriem seruāt quod gra priozis/ melioriq; nō fuerit: neq; ꝓfecto posterioris minusq; boni gra erit sed perge. Ne. sedo q: neq; priozis et posterioris īregra seruarēt cōditio: vtpote que in infinitis locū non habeāt vllū. tertio tollerēt scīa finis. ārto q: si vn⁹ finis est gra cuius oēs alij fines sunt et non sit alterius gra: vnus est. oīm vltimus finis et nō extrahūtur fines in infinitū. Atq; vnus finiū est qui omniū aliorū finis est. et qui amplius non est alterius gratia. alioq̄n in rerū vniūsitate nichil optimū. nō igitur fines rectitudie extrahūtur in infinitū Quinto q: nihil esset optimū imo neq; bonū. Et si q̄cq̄ optimū esset: nihil conarēt ad ipm: q̄ppe ad qd̄ puenire impossibile esset. The. sic fili ipius boni optimi natura tollerēt: nā ipius natura esse videt ab ipo oīm pendere

bonitatē/ad ipm ola tēdere et ipius gfa esse ola. modo nihil tenderet/conarekqz ad ipm vt qs attingit (quēad modū aiebas) haud quaq valeret vnq. Conatusqz ad id rei vacuꝰ/irritusqz hꝫetur. Nihil itaqz esset optimū eiusqz sublata esset natura: quo quidē nō exīte optimor omnis alterius bonitatis fonte et pncipio: vt nullum alterū et posterius bonū sit vllū necesse est. Tibi ne ita videtur an secus? Me. ita plane. The. absolue igit. Me. Sexto neqz itellectꝰ vllus esset actiuꝰ: qñquidē itellectū actiuū finē habere vbi quiescat necesse est. nullū aūt haberet. The. nam in infinitū ꝓdiret. neqz manifestū est intellectū actiuū/administratiuūqz ipius cōtēplatiui gfa esse et ipam actionē et prudētie administrationē/ contēplationū et sapiētie gratia. Cōtemplationē aūt et sapiētiam optimorū iā posuimꝰ. Tolle igit optimū: cōtēplationē tollis et contēplantē intellectū: quare et actionē actiuūqz intellectū. Et certe itellectꝰ noster: oculus q̄dē suo sole carens (modo aliūde ispeditus nō sit) nō cessat in pulchritudīs sensibiliū pulchritudīe summā cogitare pulchritudinē: in ipsorū bonitate: summā bonitatē: in ipsorū duratione eternitatis imensitatē: vt que nobis specula sint illa summa pulchritudīe/bonitate/et eternitatis imensitate effigiata/ipressaqz. et nobis i speculo et enigmate imensa dei pietate relictū est: ꝺ diu crasso corpe tā ꝺ carcere cingimur: illa btissima adire entia. illis vero supiozibus mētibꝰ secus: sine velamine sez illā rerū summā pulchritudinē/bonitatē/imēsitatēqz cōtuerivt oculis semp vigilibus quibꝰ sol/maximūqz visibile sp̄q̄qz illuceat. ¶ Si te pcōter dulcis neania q̄s nālis pbs causas potissimū uenire gestit/ptinꝰ subdes nāles vt maxiā vt rerū sensibiliū formas vt nāles efficiētes atqz nāles fines. q̄s igf methaphysicus diuinusqz pbs potissimū desideret/ptinꝰ q̄d respondēdū sit in ꝓmptu obuiūqz est: prias et supramūdanas cās et marie oim primā: rex exemplar et formā/oim effectricē cām/et oim felicissimum atqz optimū finē. quā hoc ipo q causē in infinitū nō pruant iā sua bonitate explorata/cōpraqhēmꝰ: mūc qd reliquū est absolucre tētemꝰ. ¶ An veritas sit facil/an difficilis/ ¶ Me. q̄dāmō facilis et quodāmō ardua atqz difficilis. nā nullus vnq sincere et oīno digne veritatē apprehendere valuit: et hic ipius difficultatis sumit indicū. nullꝰ et iā vnq veritas oīno exoris: qd rursū aliqd ipiꝰ facilitas arguit. Quis enī (vt vetere ꝓuerbio cōsuetudīe dici tractū est) in foris deliquet? Totū ꝓfecto facile est pars aūt captu nobis difficultatē affert. The. sane ita ē. foreq sciēti arūqz value: ploquia/dignitatesqz sunt (que hic tota nūcupamꝰ) et que talia sunt vt ea vnusquisqz cō probet audita: q̄bus neqz reniti neqz mēte dissētire queat. Et ea in disciplinis capere facillimū est. Cōtra vero que ex ipis pendēt et que hic partiū nobis censemꝰ: cognoscere difficile: et ꝓpter a pncipiorū luce distantiora sunt: tanto captu/cognituqz impiora. et certe veritas videt ad nostrū ita sese habere itellectū vt illustre solis iubar ad oculū: cuiꝰ eximiā claritatē nūq perfecte et digne satis noster apprehēdere valet oculus. Nullꝰ etiā oculus tāti iubaris expers oīno euadit. ¶ Cedo insuper a quo entia suā veritatē sumant? Me. a maxime vero. nā in vniuocis vnūquodqz marie omniū tale dicitur: quod aliis vt talia sint causa existit. vt ignis marie calidus existit: qui ceteris sensibilibꝰ vt calida sint causa esse dignoratk. ita et maxime vera sunt q̄ aliis vt vera sint/causa existūt. Et marie oīm idverū est: qs oīm vero q vt vera sint/causa est. omia itaqz entia a maxime vero suā veritatē sumūt. The. et id recte quidē si enī in vniuocis cōformis/assimilisqz natura: omia a marie tali suū sumāt exordiū: vt ola calida ab igne maxime natura calido/ calida esse dicāt: multo igitur fortius i homonymis in quibꝰ semp quod prius fuerit: natura prestantius et pfectius euadit. et cōditionē illā quā ceteris tribuit (et quā cetera ab eo sibi vendicant et assumūt) altiorem natura retinēs. Mirū igitur posterius et quod imbecillioris/ infirmioris q natura est: a maxime pfectissimeqz vero suā veritatē vendicare atqz tale dici. Sicut si sol oīm clarorū homonyma suā veritatē a cā esset et ola clara illa sole posteriora essēt: illorūqz claritates/solis claritudine inferiores/imperfectioresqz: fortiuntur sol omniū iure diceretur clarissimus: quippe qui perfectissimā oīm claritatē haberet: et q̄ omnibus claris vt clara essent/causa esset. et ꝓpter vicinius quicq a sole suā

Q Pfectiori modo supiora ꝓ hō intelligant.

10

11

12

